1. Tu fors quid me fiat parvi pendis, dum illi consulas. (*Ter.*[1]) — 2. Nam hoc haud dubiumst, quin Chremes Tibi non det gnatam. Nec tu ea causa minueris Hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam. (*Ter.*[2]) — 3. Utar oratione perpetua : non quo jam hoc sit necesse; verum ut experiar, utrum ille ferat molestius, me tunc tacuisse, an nunc dicere. (*Cic.*[3]) — 4. Eam potestatem omnem vos habetis, ut statuatis utrum nos, qui semper vestræ auctoritati dediti fuimus, semper miseri lugeamus ; an diu vexati a perditissimis civibus, aliquando per vos ac vestram fidem, virtutem, sapientiamque recreemur. (*Cic.*[4]) — 5. Principes civitatum sese omnes flentes Cæsari ad pedes projecerunt : « ... Hæc si denuntiata Ariovisto sint, non dubitare quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat. » (*Cæs.*[5]) — 6. Nunc, quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet quantum audeatis duce vestro auctore. (*Liv.*[6]) — 7. Non dubito, quin, legente te has litteras, confecta jam res futura sit. (*Cic.*[7]) — 8. Siculorum quanti conventus ad Marcellos, antiquissimos Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium, consulem designatum, ceterosque illius provinciæ necessarios, fieri soliti sint, quis ignorat? (*Cic.*[8]) — 9. Nemo est vestrum, quin, quemadmodum captæ sint a M. Marcello Syracusæ, sæpe audierit, nonnumquam etiam in annalibus legerit. (*Cic.*[9]) — 10. Huc omnes mulieres conveniebant, quarum incredibile est quanta multitudo fuerit Syracusis. (*Cic.*[10]) — 11. Sæpissime mihi de amicitia cogitanti, maxime illud considerandum videri solet, utrum propter imbecillitatem, atque inopiam, desiderata sit amicitia, an esset pulchrior causa. (*Cic.*[11]) — 12. Medio fere itinere equites ab Fabio missi, quanto res in periculo fuerit, exponunt. (*Cæs.*[12])

1. *Heaut.*, 715. — 2. *Andr.*, 391. — 3. *Verr.*, Act. II, I, 9, 24. — 4. *Mil.*, 2, 4. — 5. *Gal.*, I, 31, 2 et 15. — 6. XXV, 38, 11. — 7. *Fam.*, VI, 12, 3. — 8. *Verr.*, Act. II, III, 18, 45. — 9. *Verr.*, Act. II, IV, 52, 115. — 10. *Verr.*, Act. II, V, 12, 30. — 11. *Amic.*, 8, 26. — 12. *Gal.*, VII. 41, 2.

CCII

Suadeo tibi ut legas. — Nescio, Dubito num veniat, venerit, venturus sit. [Particularité.] (Gr. 473.)

1. Je ne sais si j'aurai bien fait d'avoir enterré, dans mon jardin, dix mille écus qu'on me rendit hier. (*Mol.*[1]) — 2. Promets-moi de ne découvrir jamais à aucun mortel ni ma mort, ni le lieu où (ni en quel lieu) tu auras caché mes cendres. (*Fén.*[2]) — 3. Il n'est pas imaginable combien les Macédoniens avoient Alexandre en admiration par-dessus les autres, et combien estoit grande l'affection qu'ils luy portoient. (*Vaug.*[3]) — 4. Un fragment fort court qui nous reste d'Aristote nous apprend quel motif l'avait engagé à composer ses traités de rhétorique : c'était le désir de contribuer à l'affermissement du bon goût par rapport à l'éloquence. (*Roll.*[4]) — 5. On est surpris quand on voit avec quelle ardeur et quel empressement les jeunes Romains allaient entendre les rhéteurs, même dans un âge assez avancé. (*Roll.*[5]) — 6. On ne sait point certainement si Quintilien était fils ou petit-fils de l'orateur Fabius. (*Roll.*[6]) — 7. Nous verrons combien Quintilien était propre pour instruire la jeunesse, et comment il venait à bout de s'en faire aimer et respecter. (*Roll.*[7]) — 8. Les honneurs extraordinaires rendus aux sophistes dans toute la Grèce marquent combien ils y étaient estimés et considérés. (*Roll.*[8]) — 9. Thespis est regardé comme l'inventeur de la tragédie. Il est aisé de juger combien, dans ces premiers temps, elle était grossière et imparfaite. (*Roll.*[9]) — 10. Le peu qui nous reste des annales des pontifes, des lois des douze tables, et de quelques autres monuments en petit nombre, marque combien la langue était grossière et imparfaite dans ces premiers temps. (*Roll.*[10]) — 11. Il y a un fait, dans les lettres de Cicéron à Atticus, qui nous montre combien les Romains avaient changé à cet égard depuis le temps de Polybe. (*Montesq.*[11])

1. *Avare*, I, 5. — 2. *Télém.*, XII. — 3. *Q. C.*, III, 6. — 4. *Hist. anc.*, XXVI, 3, — 5. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 6. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 7. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 8. *Hist. anc.*, XXVI, 4. — 9. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2. — 10. *Hist. anc.*, XXVI, 1, 2. — 11. *Gr. et Décad.*, 10.

CCIII

Suadebam tibi ut legeres. — Nesciebam, Dubitabam num veniret, venisset, venturus esset. [PARTICULARITÉS.] (Gr. 474.)

1. Nunc, quoniam, quæ putavi esse præclara, expertus sum, quam essent inania, cum omnibus Musis rationem habere cogito. (*Cic.*[1]) — 2. Apelles pictores eos peccare dicebat, qui non sentirent quid esset satis. (*Cic.*[2]) — 3. Quis unquam orator magnus et gravis, cum iratum adversario judicem facere vellet, hæsitavit ob eam causam, quod nesciret quid esset iracundia, fervorne mentis an cupiditas puniendi doloris? (*Cic.*[3]) — 4. Nondum satis constitui, molestiæne plus an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster. (*Cic.*[4]) — 5. Omnes mundi partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum meliores potuerint esse neque ad speciem pulchriores. (*Cic.*[5]) — 6. Membris utimur, priusquam didicimus, cujus ea utilitatis causa habeamus. (*Cic.*[6]). — 7. In eum locum res deducta est, ut, nisi qui deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. (*Cic.*[7]) — 8. Galli, his rebus adducti, non prius Viridocem reliquosque duces ex consilio dimittunt, quam ab eis sit concessum, arma uti capiant, et ad castra contendant. (*Cæs.*[8]) — 9. Ad eamne rem vos reservati estis? ad eamne rem delecti, ut eos condemnaretis, quos sectores ac sicarii jugulare non potuissent? (*Cic.*[9]) — 10. Id facies, si omne genus liberalitatis..., non modo re, sed etiam verbis, vultu denique expromseris : quæ quantum in provincia valeant vellem expertus essem. (*Cic.*[10]) — 11. Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, ni ea res longius nos ab incepto traheret. (*Sall.*[11]) — 12. Nos consules introduximus pæne in urbem currum clarissimi viri : cujus mihi consilium et auctoritas quid tum in maximis rebus profuisset, dicerem, nisi de me ipso dicendum esset; quod hoc tempore non est necesse. (*Cic.*[12])

1. *Att.*, II, 5, 2. — 2. *Or.*, 22, 73. — 3. *De Orat.*, I, 51, 220. — 4. *Fam.*, XI, 27, 1. — 5. *Nat.*, II, 34. 87 — 6. *Fin.*, III, 20, 66. — 7. *Fam.*, XVI, 12, 1. — 8. *Gal.*, III, 18, 7. — 9. *Rosc. Am.*, 52, 151. — 10. *Fam.*, XIII, 6, 4. — 11. *Cat.*, 7, 7. — 12. *Ac. pr.*, II, 1, 3.

CCIII

Suadebam tibi ut legeres. — Nesciebam, Dubitabam num veniret, venisset, venturus esset. [Particularités.] (Gr. 474.)

1. Ce matin, du vaisseau, plein de frayeur en l'âme, Cette lanterne sait comme je suis parti. Amphitryon, du camp, vers Alcmène, sa femme, M'a-t-il pas envoyé? (*Mol.*[1]) — 2. Mentor fit sentir à Télémaque, par ce discours, combien il est dangereux d'être injuste en se laissant aller à une critique rigoureuse contre les autres hommes, et surtout contre ceux qui sont chargés des embarras et des difficultés du gouvernement. (*Fén.*[2]) — 3. Nous avons éprouvé combien un roi des Dauniens, quand il aime la guerre et qu'il la sait faire, est redoutable à ses voisins. (*Fén.*[3]) — 4. Mais le moment fatal était venu où Pisistrate devait faire sentir à Nestor combien on est souvent malheureux d'avoir trop vécu. (*Fén.*[4]) — 5. Hier, Calypso vous élevait au-dessus de votre sage père, de l'invincible Achille, du fameux Thésée, d'Hercule devenu immortel. Sentîtes-vous combien cette louange est excessive? (*Fén.*[5]) — 6. Si vous saviez combien il m'est douloureux de vous voir courir à votre perte! Si vous saviez ce que (combien) j'ai souffert pendant que je n'ai osé vous parler! (*Fén.*[6]) — 7. Vous ne savez pas ce que peuvent les hommes artificieux sur un roi faible et inappliqué, qui s'est livré à eux pour toutes ses affaires. (*Fén.*[7]) — 8. Nosophuge donnait des remèdes qui faisaient suer, et il montrait par le succès des sueurs combien la transpiration, facilitée ou diminuée, déconcerte ou rétablit toute la machine du corps. (*Fén.*[8]) — 9. Balzac a senti le premier et a fait sentir aux autres combien notre langue est susceptible de nombre, d'harmonie et de cadences gracieuses. (*Roll.*[9]) — 10. Quand quelque prince avait fait une conquête qui souvent l'avait épuisé, un ambassadeur romain survenait d'abord qui la lui arrachait des mains. Entre mille exemples, on peut se rappeler comment, avec une parole, ils chassèrent d'Égypte Antiochus. (*Montesq.*[10])

1. *Amph.*, I, 2. — 2. *Télém.*, X. — 3. *Télém.*, XVI. — 4. *Télém.*, XV. — 5. *Télém.*, IV. — 6. *Télém.*, VI. — 7. *Télém.*, XI. — 8. *Télém.*, XIII. — 9. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 10. *Gr. et Décad.*, 6.

(*Suite.*)

13. Artaxerces reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit. (*Nep.*[1]) — 14. Miserunt Delphos consultum quidnam facerent de rebus suis. (*Nep.*[2]) — 15. C. Sempronius nihilo demissiore animo, cum dies venit, causa ipsa pro se dicta, nequidquam omnia expertis patribus ut mitigarent plebem, quindecim millibus æris damnatur. (*Liv.*[3]) — 16. Postquam appropinquare Romanos senserunt, extemplo in aciem procedunt, nihil dilaturi, quin periculum summæ rerum facerent. (*Liv.*[4]) — 17. Romani milites, incerti ignarique, quid potissimum facerent, trepidare. (*Sall.*[5]) — 18. Orgetorix persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat. (*Cæs.*[6]) — 19. Dumnorix rem suscipit et a Sequanis impetrat ut per fines suos Helvetios ire patiantur. (*Cæs.*[7]) — 20. Multa pollicendo persuadet legatis, uti Jugurtham maxume vivum; sin id parum procederet, necatum sibi traderent. (*Sall.*[8]) — 21. Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmilium prætorem ex collegii pontificum sententia omnia ea ut mature fiant curare jubet. (*Liv.*[9]) — 22. Mago nuntios Carthaginem ad senatum mittit qui, defectionem sociorum in majus verbis extollentes, hortentur, ut auxilia mitterent, quibus traditum a patribus imperium Hispaniæ repeti posset (*Liv.*[10]). — 23. An vero, judices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini? vestræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur, quas ille leges, si leges nominandæ sunt, non faces urbis, et pestes rei publicæ, fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus? (*Cic.*[11]) — 24. De universa philosophia quanto opere et expetenda esset et colenda, satis dictum est in Hortensio. (*Cic.*[12])

1. XIV, 5. — 2. II, 2. — 3. IV, 44, 10. — 4. VI, 22, 9. — 5. *Jug.*, 67, 1 — 6. *Gal.*, I, 3, 4. — 7. *Gal.*, I. 9, 4. — 8. *Jug.*, 46, 4. — 9. XXII, 9, 11. — 10. XXVIII, 31, 4. — 11. *Mil.*, 12, 33. — 12. *Tusc.*, III, 3, 6.

(*Suite.*)

11. Sachant combien les peuples d'Europe étaient propres à la guerre, les Romains établirent comme une loi qu'il ne serait permis à aucun roi d'Asie d'entrer en Europe et d'y assujettir quelque peuple que ce fût. (*Montesq.*[1]) — 12. Nestor, que je vis à Pylos, ni Ménélas, qui me reçut avec amitié dans Lacédémone, ne purent m'apprendre si mon père était encore en vie. (*Fén.*[2]) — 13. Calypso s'était engagée à vous apprendre quelle a été la destinée d'Ulysse. (*Fén.*[3]) — 14. Enfin, je repris la parole, et chacun se hâta de se taire, ne sachant si je n'allais point accepter ce que j'avais refusé d'abord. (*Fén.*[4]) — 15. Nous passâmes toute la nuit, tremblants de froid et demi-morts, sans savoir où la tempête nous jetait. (*Fén.*[5]) — 16. Mentor remarquant avec plaisir combien la jalousie troublait le cœur de Calypso, n'en dit pas davantage, de peur de la mettre en défiance de lui. (*Fén.*[6]) — 17. Cette vieille fit tout à coup du bruit à une porte. Le Roi, qui croyait toujours qu'on allait le tuer, se trouble, et court à cette porte pour voir si elle était bien fermée. (*Fén.*[7]) — 18. Les Crétois, ne pouvant revenir de leur surprise, lui demandèrent (à Mentor) quel homme ils devaient choisir. (*Fén.*[8]) — 19. Dites-nous, ô le plus sage et le plus grand de tous les mortels, dites-nous donc qui est-ce que nous pouvons choisir pour notre roi : nous ne vous laisserons point aller, que vous ne nous ayez appris le choix que (quel choix) nous devons faire. (*Fén.*[9]) — 20. Cependant les chefs de l'armée s'assemblèrent pour délibérer s'il fallait s'emparer de Venuse. (*Fén.*[10]) — 21. Le roi se mêle depuis peu de faire des vers; MM. de Saint-Aignan et Dangeau lui apprennent comment il s'y faut prendre. (*Sév.*[11]) — 22. Les ennemis des Lacédémoniens s'assemblèrent pour délibérer comment ils devaient faire la guerre. (*Roll.*[12])

1. *Gr. et Décad.*, 6. — 2. *Télém.*, I. — 3. *Télém.*, IV. — 4. *Télém.*, V. — 5. *Télém.*, V. — 6. *Télém.*, VI. — 7. *Télém.*, VII. — 8. *Télém.*, V. — 9. *Télém.*, V. — 10. *Télém.*, XV. — 11. *Lett.*, 1er déc. 1664. — 12. *Hist. anc.*, IX, 3, 5.

CCIV

Ostendis quid facias, feceris ou facturus sis. — Ostendis quid faceres, quid fecisses. (Gr. 475.)

1. Fuisti apud Læcam illa nocte, Catilina; distribuisti partes Italiæ; statuisti quo quemque proficisci placeret; delegisti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres. (*Cic.*[1]) — 2. Ostendis qualis tu, si ita forte accidisset, fueris illo tempore consul futurus; stipendio, mehercule, et frumento Catilinam esse putasses juvandum. (*Cic.*[2]) — 3. Neque satis Bruto vel tribunis militum constabat, quid agerent aut quam rationem pugnæ insisterent. (*Cæs.*[3]) — 4. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant, consulunt. (*Cæs.*[4]) — 5. In eos versa peditum acies haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. (*Liv.*[5]) — 6. Subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset. (*Liv.*[6]) — 7. Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine priori regum alicui regnum extorsisset. (*Liv.*[7]) — 8. Quis dubitat, quin si Saguntinis obsessis impigre tulissemus opem, totum in Hispaniam aversuri bellum fuerimus? (*Liv.*[8]) — 9. Apparuit quantam excitatura molem vera fuisset clades, cum vanus rumor tantas procellas excivisset. (*Liv.*[9]) — 10. Dicitur, acinace stricto, Darius dubitasse, an fugæ dedecus honesta morte vitaret. (*Curt.*[10]) — 11. Interdum dubitabat, an Macedones tot emensi spatia terrarum, in acie et in castris senes facti, per objecta flumina, per tot naturæ obstantes difficultates secuturi essent. (*Curt.*[11]) — 12. Cæsar ob infirmam valetudinem diu cunctatus an se contineret, et quæ apud senatum proposuerat agere differret, tandem, D. Bruto adhortante, quinta fere hora progressus est. (*Suet.*[12])

1. *Cat.*, I, 4, 9. — 2. *Pis.*, 7, 15. — 3. *Gal.*, III, 14, 3. — 4. *Gal.*, VII, 83, 1. — 5. XXI, 34, 7. — 6. X, 45, 3. — 7. II, 1, 3. — 8. XXXI, 7, 3. — 9. XXVIII, 24, 2 — 10. IV, 15, 30. — 11. IX, 2, 10. — 12. *Cæs.*, 81.

CCIV

Ostendis quid facias, feceris ou facturus sis. — Ostendis quid faceres, quid fecisses. (Gr. 475.)

1. Celui qui croit trouver en soi-même de quoi se passer de tout le monde se trompe fort ; mais celui qui croit qu'on ne peut se passer de lui se trompe encore davantage. (*La Rochef.*[1]) — 2. On peut dire que les vices nous attendent dans le cours de la vie, comme des hôtes chez qui il faut successivement loger ; et je doute que l'expérience nous les fît éviter, s'il nous était permis de faire deux fois le chemin. (*La Rochef.*[2]) — 3. Et quant à moi, je suis Mercure, Qui, ne sachant que faire, ai rossé tant soit peu Celui dont j'ai pris la figure. (*Mol.*[3]) — 4. *Harpagon.* Ne serais-tu point un homme à faire courir le bruit que j'ai chez moi de l'argent caché? — *La Flèche.* Vous avez de l'argent caché? — *Harpagon.* Non, coquin, je ne dis pas cela. J'enrage. Je demande si, malicieusement, tu n'irais point faire courir le bruit que j'en ai. (*Mol.*[4]) — 5. Quelques jeunes personnes ne connaissent point assez les avantages d'une heureuse nature, et combien il leur serait utile de s'y abandonner. (*La Bruy.*[5]) — 6. Les méchants craignent les méchants, s'en défient, et ne souhaitent point de les voir en autorité, parce qu'ils connaissent combien ils en abuseraient. (*Fén.*[6]) — 7. J'avais horreur de la profonde dissimulation des hommes ; je ne savais plus à qui me fier. Après avoir découvert la trahison de Philoclès, je ne voyais plus d'homme sur la terre dont la vertu pût me rassurer. J'étais résolu de faire au plus tôt périr ce perfide ; mais je craignais Protésilas, et je ne savais comment faire à son égard. (*Fén.*[7]) — 8. Philoclès était trop sincère pour promettre à Protésilas de travailler à le faire rappeler, car il savait mieux que personne combien son retour eût été pernicieux. (*Fén.*[8]) — 9. Il y avait déjà longtemps qu'Hercule ne paraissait plus sur la terre. Les Grecs ne savaient que croire de lui. (*Fén.*[9])

1. *Maxim.*, 201. — 2. *Maxim.*, 191. — 3. *Amphit.*, III, 10. — 4. *Avare*, I, 3. — 5. *Caract.*, III. — 6. *Télém.*, VII. — 7. *Télém.*, XI. — 8. *Télém.*, XI. — 9. *Télém.*, XII.

CCV

Ede ut vivas. — Aves fovent pullos, ne frigore lædantur. — Otiare, quo melius labores. (Gr. 477.)

1. Socratem ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse se, quo melius cenaret, obsonare ambulando famem. (*Cic.*[1]) — 2. Natura oculos membranis vestivit, quas pellucidas fecit, ut per eas cerni posset. (*Cic.*[2]) — 3. Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia : verum tamen hoc ita est utile, ut ne plane illudamur ab accusatoribus. (*Cic.*[3]) — 4. Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in suam rem aliena convertant. (*Cic.*[4]) — 5. Solo, quo et tutior ejus vita esset et plus aliquanto rei publicæ prodesset, furere se simulavit. (*Cic.*[5]) — 6. Discede, atque hunc mihi timorem eripe ; si est verus, ne opprimar ; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. (*Cic.*[6]) — 7. Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne id, quod petat, exigere magis quam rogare, et in mercedis potius quam beneficii loco numerare videatur. (*Cic.*[7]) — 8. Didici ex tuis litteris te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres præstitueresque et præparares quodammodo omnia, quo mea ratio facilior et solutior esse posset. (*Cic.*[8]) — 9. Marcellus, clausis portis custodibusque dispositis, ne quis egrederetur, quæstionem in foro de iis qui clam in colloquiis hostium fuerant habuit. (*Liv.*[9]) — 10. Hannibal, nihil prolatandum ratus, ne se quoque, ut patrem Hamilcarem, deinde Hasdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret, Saguntinis inferre bellum statuit. (*Liv.*[10]) — 11. Servitia, urbem ut incenderent distantibus locis conjurarunt, populoque ad opem passim ferendam tectis intento, ut arcem Capitoliumque armati occuparent. (*Liv.*[11]) — 12. Ab hospitali mensa surgis, ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Hannibale, ut eam ipsam mensam cruentes hospitis sanguine? (*Liv.*[12])

1. *Tusc.*, V, 34, 97. — 2. *Nat.*, II, 57, 142. — 3. *Rosc. Am.*, 20, 55. — 4. *Off.*, I, 14, 42. — 5. *Off.*, I, 30, 108. — 6. *Cat.*, I, 7, 18. — 7. *Fam.*, II, 6, 1. — 8. *Fam.*, III, 5, 1. — 9. XXIII, 17, 1. — 10. XXI, 5, 2. — 11. IV, 45, 1. — 12. XXIII, 9, 4.

CCV

Ede ut vivas. — Aves fovent pullos, ne frigore lædantur. — Otiare, quo melius labores. (Gr. 477.)

1. La nature a des perfections pour montrer qu'elle est l'image de Dieu ; et des défauts pour montrer qu'elle n'en est que l'image. (*Pasc.*[1]) — 2. La clémence des princes n'est souvent qu'une politique pour gagner l'affection des peuples. (*La Rochef.*[2]) — 3. Il suffit quelquefois d'être grossier pour n'être pas trompé par un habile homme. (*La Rochef.*[3]) — 4. Abraham fut choisi pour être la tige et le père de tous les croyants. (*Boss.*[4]) — 5. Pour reconnaître leurs terres, tous les ans couvertes par le débordement du Nil, les Égyptiens ont été obligés de recourir à l'arpentage, qui leur a bientôt appris la géométrie. (*Boss.*[5]) — 6. Pour mieux supporter l'ennui de la captivité et de la solitude, je cherchai des livres. (*Fén.*[6]) — 7. On ne voit dans Isocrate que des discours fleuris et efféminés, que des périodes faites avec un travail infini pour amuser l'oreille. (*Fén.*[7]) — 8. A n'en point mentir, nous fîmes tous deux (Caligula et Néron) une fin assez malheureuse, et dans la fleur de notre jeunesse. (*Fén.*[8]) — 9. L'empereur Probe occupait les troupes à divers ouvrages utiles pour le public, afin qu'elles ne se corrompissent pas par l'oisiveté et que le soldat ne mangeât pas sa paye sans la mériter. (*Roll.*[9]) — 10. Quintilien s'appliqua à faire entrer dans ses institutions tout l'agrément dont cet ouvrage était susceptible, afin que les jeunes gens, invités par l'attrait du plaisir, s'appliquassent plus volontiers à la lecture et à l'étude de ses préceptes. (*Roll.*[10]) — 11. Le maître mêlait toujours quelque adoucissement ou quelque louange à sa critique, pour la mieux faire recevoir. (*Roll.*[11]) — 12. Nous méprisons beaucoup de choses pour ne pas nous mépriser nous-mêmes. (*Vauven.*[12]) — 13. Il est des injures qu'il faut dissimuler, pour ne pas compromettre son honneur. (*Vauven.*[13])

1. *Pensées*, XXIV, 70. — 2. *Maxim.*, 15. — 3. *Maxim.*, 129. — 4. *Hist. univ.*, I, 3. — 5. *Hist. univ.*, III, 3. — 6. *Télém.*, II. — 7. *Dial. Éloq.*, I. — 8. *Dial. des Morts*, 49. — 9. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 3. — 10. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 11. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 12. *Réflex. et Max.*, 196. — 13. *Réflex. et Max.*, 190.

CCVI

Scipio in Africam trajecit, Carthaginem deleturus. (Gr. 478.)

1. Hannibal per agrum Campanum mare inferum petit, oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. (*Liv.*[1]) — 2. Tribunus militum perculsos milites repentino hostium adventu in propinquum tumulum recepit, loci se præsidio defensurus. (*Liv.*[2]) — 3. Senones Galli ad Clusium venerunt, legionem romanam castraque oppugnaturi. (*Liv.*[3]) — 4. Philippus rex, appropinquans Athenis, considere agmen jussit, vi aperta propalam usurus, quando parum dolus profuerat. (*Liv.*[4]) — 5. Syphax, pulsis inde præfectis præsidiisque suis, vetere se continebat regno, neutiquam quieturus. (*Liv.*[5]) — 6. Syphax, equo graviter icto effusus, opprimitur capiturque, et vivus, lætum ante omnes Masinissæ præbiturus spectaculum, ad Lælium pertrahitur. (*Liv.*[6]) — 7. Cn. Servilius consul, haud dubius quin pacatæ Italiæ penes se gloria esset, velut pulsum ab se Hannibalem persequens, in Siciliam, inde et in Africam transiturus trajecit. (*Liv.*[7]) — 8. Antiochus proficiscitur : simul per omnem oram Ciliciæque et Cariæ tentaturus urbes, quæ in dicione Ptolemæi essent; simul Philippum exercitu navibusque adjuturus. (*Liv.*[8]) — 9. Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die aut eversuri. (*Liv.*[9]) — 10. Deducit quadriremes. Ascendit ipse, non Rectinæ modo, sed multis laturus auxilium. (*Plin.-J.*[10]) — 11. Mihi quidem non apud Medos solum, sed etiam apud majores nostros justitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti. (*Cic.*[11]) — 12. Breve ætatis tempus satis longum est ad bene honesteque vivendum. (*Cic.*[12]) — 13. Dum elephanti trajiciuntur, interim Hannibal equites quingentos ad castra romana miserat speculatum, ubi et quantæ copiæ essent. (*Liv.*[13])

1. XXIII, 1, 5. — 2. XLII, 65, 6. — 3. X, 26, 7. — 4. XXXI, 24, 7. — 5. XXX, 11, 2. — 6. XXX, 12, 1. — 7. XXX, 24, 1. — 8. XXXIII, 19, 11. — 9. XXX, 32, 4. — 10. *Ep.*, VI, 16, 9. — 11. *Off.*, II, 12, 41. — 12. *Sen.*, 19, 70. — 13. XXI, 29, 1.

CCVI

Scipio in Africam trajecit, Carthaginem deleturus. (Gr. 478.)

1. C'est souvent pour nous excuser à nous-mêmes que nous nous imaginons que les choses sont impossibles. (*La Rochef.*[1]) — 2. L'orgueil a plus de part que la bonté aux remontrances que nous faisons à ceux qui commettent des fautes, et nous ne les reprenons pas tant pour les en corriger que pour leur persuader que nous en sommes exempts. (*La Rochef.*[2]) — 3. On trouve la sincérité en fort peu de gens; et celle que l'on voit d'ordinaire n'est qu'une fine dissimulation pour attirer la confiance des autres. (*La Rochef.*[3]) — 4. Les plus habiles affectent toute leur vie de blâmer les finesses, pour s'en servir en quelque grande occasion et pour quelque grand intérêt. (*La Rochef.*[4]) — 5. Il faut de plus grandes vertus pour soutenir la bonne fortune que la mauvaise. (*La Rochef.*[5]) — 6. Nous avouons nos défauts pour réparer par notre sincérité le tort qu'ils nous font dans l'esprit des autres. (*La Rochef.*[6]) — 7. Ce qui paraît générosité n'est souvent qu'une ambition déguisée, qui méprise de petits intérêts pour aller à de plus grands. (*La Rochef.*[7]) — 8. Tarquin l'Ancien, pour se faire des créatures, augmenta le nombre des sénateurs jusqu'au nombre de trois cents. (*Boss.*[8]) — 9. Les deux partis (peuple et sénat), fatigués de tant de divisions qui menaçaient l'État de sa ruine, conviennent de faire des lois pour donner le repos aux uns et aux autres, et établir l'égalité qui doit être dans une ville libre. (*Boss.*[9]) — 10. Tous ces arts qui consistent ou dans les sons mélodieux, ou dans les mouvements du corps, ou dans les paroles, en un mot la musique, la danse, l'éloquence, la poésie, ne furent inventés que pour exprimer les passions et pour les inspirer en les exprimant. (*Fén.*[10]) — 11. L'ambition ardente exile les plaisirs dès la jeunesse pour gouverner seule. (*Vauven.*[11])

1. *Maxim.*, 30. — 2. *Maxim.*, 37. — 3. *Maxim.*, 62. — 4. *Maxim.*, 124. — 5. *Maxim.*, 25. — 6. *Maxim.*, 184. — 7. *Maxim.*, 246. — 8. *Hist. univ.*, III, 7. — 9. *Hist. univ.*, III, 7. — 10. *Dial. Eloq.*, I. — 11. *Réflex. et Max.*, 16.

CCVII

Cum id cupias, faciam. (Gr. 479.)

1. Quod si (homines) ipsam honestatem undique perfectam.... viderent, quonam gaudio complerentur, cum tanto opere ejus adumbrata opinione lætentur? (*Cic.*[1]) — 2. Quæ potest in vita esse jucunditas, cum dies et noctes cogitandum sit jam jamque esse moriendum? (*Cic.*[2]) — 3. Scipio fessos milites omnibus uno die belli laboribus, quippe qui et acie dimicassent, et capienda urbe tantum laboris periculique adissent, et capta, cum iis, qui in arcem confugerant, iniquo etiam loco pugnassent, curare corpora jussit. (*Liv.*[3]) — 4. Nec vero ignoro, nondum esse satis politum hunc oratorem (Catonem), et quærendum esse aliquid perfectius : quippe cum ita sit ad nostrorum temporum rationem vetus, ut nullius scriptum exstet dignum quidem lectione, quod sit antiquius. (*Cic.*[4])

CCVIII

Pecuniam quod non solvit, in vincula conjectus est. — Nocte ambulabat Themistocles, quod somnum capere non posset. (Gr. 480.)

1. Nemo ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur, aut odit aut fugit, sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt; neque porro quisquam est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci velit, sed quia nonnunquam ejus modi tem pora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quæra voluptatem. (*Cic.*[5]) — 2. Omnes permulta ad eam unam causam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honestum est. (*Cic.*[6]) — 3. Homines hoc uno plurimum a bestiis differunt, quod rationem habent a natura datam. (*Cic.*[7]) — 4. Non vocum suavitate Sirenes videntur aut novitate quadam et varietate cantandi revocare eos solitæ, qui prætervehebantur, sed quia multa se scire profitebantur. (*Cic.*[8])

1. *Fin.*, V, 24, 69. — 2. *Tusc.*, I, 7, 14. — 3. *Gal.*, XXVI, 48, 1. — 4. *Brut.*, 18, 69. — 5. *Fin.*, I, 10, 32. — 6. *Fin.*, II, 14, 45. — 7. *Fin.*, II, 14, 45. — 8. *Fin.*, V, 18, 49.

CCVII

Cum id cupias, faciam. (Gr. 479.)

1. Comme la musique ne rend pas l'homme meilleur, à quoi bon s'y attacher? (*La Font.*[1]) — 2. Les propriétés des animaux et leurs divers caractères sont exprimés dans les fables; par conséquent les nôtres aussi, puisque nous sommes l'abrégé de ce qu'il y a de bon et de mauvais dans les créatures irraisonnables. (*La Font.*[2]) — 3. Ne vous lassez point d'examiner les causes des grands changements, puisque rien ne servira jamais tant à votre instruction. (*Boss.*[3]) — 4. Bien des gens, faute de connaître les divers genres d'écriture, croient qu'un auteur ne se soutient pas quand il passe d'un genre vif et rapide à un autre plus doux et plus modéré. (*Fén.*[4]) — 5. Il n'est pas possible de se passer du labour de la terre, puisque la vie en dépend. (*Roll.*[5])

CCVIII

Pecuniam quod non solvit, in vincula conjectus est. — Nocte ambulabat Themistocles, quod somnum capere non posset. (Gr. 480.)

1. Je vous donne l'établissement du nouvel empire sous Charlemagne comme la fin de l'histoire ancienne, parce que c'est là que vous verrez finir tout à fait l'ancien empire romain. (*Boss.*[6]) — 2. Pour les seconds Assyriens, la plupart des Grecs ou les ont entièrement ignorés, ou, pour ne les avoir pas assez connus, ils les ont confondus avec les premiers. (*Boss.*[7]) — 3. L'Égypte, autrefois si sage, marche enivrée, étourdie et chancelante, parce que le Seigneur a répandu l'esprit de vertige dans ses conseils; elle ne sait plus ce qu'elle fait, elle est perdue. (*Boss.*[8]) — 4. Cicéron veut que l'orateur connaisse la composition de l'homme et la nature de ses passions, parce que l'éloquence a pour but d'en mouvoir à propos les ressorts. (*Fén.*[9])

1. *Fabl.*, Préface. — 2. *Fabl.*, Préface. — 3. *Hist. univ.*, III, 2. — 4. *Dial. des Morts*, 4. — 5. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 1. — 6. *Hist. univ.*, Av.-propos. — 7. *Hist. univ.*, I, 7. — 8. *Hist. univ.*, III, 8. — 9. *Dial. Eloq.*, I.

(*Suite.*)

5. Bene majores accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominaverunt. (*Cic.*[1]) — 6. Quando igitur virtus est adfectio animi..., laudabiles efficiens eos, in quibus est,... ex ea proficiscuntur honestæ voluntates. (*Cic.*[2]) — 7. Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset? (*Cic.*[3]) — 8. Etrusci, quod religioni imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni se maxume dediderunt, quodque propter aeris crassitudinem de cælo apud eos multa fiebant et quod ob eamdem causam multa inusitata partim e cælo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu, ostentorum exercitatissimi interpretes exstiterunt. (*Cic.*[4]) — 9. Sapiens legibus non propter metum paret, sed eas sequitur, quia id salutare esse maxime judicat. (*Cic.*[5]) — 10. Cæsar, initio orationis, sua senatusque in eum beneficia commemoravit, quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus. (*Cæs.*[6]) — 11. Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit : omnes, si ad originem primam revocantur, a diis sunt. (*Sen.*[7]) — 12. Mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione et sine populo teste fiunt, non quo fugiendus sit (omnia enim bene facta in luce se collocari volunt), sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia majus est. (*Cic.*[8]) — 13. Pugiles, in jactandis cæstibus ingemiscunt, non quod doleant animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur venitque plaga vehementior. (*Cic.*[9]) — 14. De consilio meo ad te, non quo celandus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilii quasi quædam videtur esse efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi, vel laboris. (*Cic.*[10]) — 15. Constituam quid sit id, de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, sed ut ratione et via procedat oratio. (*Cic.*[11]) — 16. Non est quod invideas istis, quos magnos felicesque populus vocat. (*Sen.*[12])

1. *Sen.*, 13. — 2. *Tusc.*, IV, 15, 34. — 3. *Tusc.*, V, 36, 105. — 4. *Div.*, I, 42, 93. — 5. *Par.*, V, 1, 34. — 6. *Gal.*, I, 43, 4. — 7. *Ep.*, 44, 14. — 8. *Tusc.*, II, 26. — 9. *Tusc.*, II, 23, 56. — 10. *Fam.*, V, 19, 2. — 11. *Fin.*, I, 9, 29. — 12. *Ep.*, 94, 60.

(*Suite.*)

5. Cicéron permet que l'orateur n'ait pas passé sa vie à approfondir toutes les questions de la jurisprudence pour le détail des causes, parce qu'il peut, dans le besoin, recourir aux profonds jurisconsultes pour suppléer ce qui lui manquerait de ce côté-là. (*Fén.*[1]) — 6. J'ai vécu peu (disait Achille), parce que les Destins injustes n'ont pas permis que j'acquisse plus de gloire qu'ils n'en veulent accorder aux mortels. (*Fén.*[2]) — 7. Suétone, dans son livre des *Grammairiens illustres*, marque qu'autrefois la grammaire n'était pas même en usage à Rome, bien loin d'y être en honneur, parce que ces anciens Romains se piquaient beaucoup plus d'être belliqueux que d'être savants. (*Roll.*[3]) — 8. Ce qui nous donne tant d'aigreur contre ceux qui nous font des finesses, c'est qu'ils croient être plus habiles que nous. (*La Rochef.*[4]) — 9. Si quelque chose empêche Virgile d'égaler Homère, c'est d'être plus poli, plus châtié, plus fini, mais moins simple, moins fort, moins sublime; car d'un seul trait il met la nature toute nue devant les yeux. (*Fén.*[5]) — 10. On ne peut pas ôter à Virgile la louange d'avoir fait la Descente d'Enée aux enfers plus belle que n'est l'Évocation des âmes dans l'*Odyssée*. (*Fén.*[6]) — 11. Si la terre de Chanaan est presque entièrement stérile, ce n'est point qu'elle soit épuisée ou vieillie, mais c'est qu'elle est déserte et négligée. (*Roll.*[7]) — 12. Les hommes sont ennemis-nés les uns des autres, non à cause qu'ils se haïssent, mais parce qu'ils ne peuvent s'agrandir sans se traverser. (*Vauven.*[8]) — 13. Nous avons lieu de croire que notre langue a été conduite au plus haut point de perfection où elle puisse arriver. (*Roll.*[9]) — 14. Ennius portait la pauvreté et la vieillesse non seulement avec constance, mais avec gaieté; ce qui donnait presque lieu de penser qu'elles lui faisaient même plaisir et lui étaient agréables. (*Roll.*[10])

1. *Dial. Éloq.*, I. — 2. *Dial. des Morts*, 5. — 3. *Hist. anc.*, XXVI, 1, 2. — 4. *Maxim.*, 350. — 5. *Dial. des Morts*, 51. — 6. *Dial. des Morts*, 51. — 7. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 1. — 8. *Réflex. et Max.*, 560. — 9. *Hist. anc.*, XXVI, 1, 2. — 10. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2.

CCIX

Gaudeo quod vales. — Socrates accusatus est quod corrumperet juventutem. (Gr. 481.)

1. Cato objecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset. (*Cic.*[1]) — 2. Phalereus Demetrius Periclem vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa Propylæa conjecerit. (*Cic.*[2]) — 3. Ego te afuisse tamdiu a nobis et dolui, quod carui fructu jucundissimæ consuetudinis, et lætor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus. (*Cic.*[3]) — 4. Indignantes milites Cæsar quod conspectum suum hostes perferre possent, tantulo spatio interjecto, et signum prœlii exposcentes, edocet. (*Cæs.*[4]) — 5. Vercingetorix, cum ad suos redisset, proditionis insimulatus, quod castra propius Romanos movisset. (*Cæs.*[5]) — 6. Falso queritur de natura sua genus humanum, quod, imbecilla atque brevis ævi, forte potius quam virtute regatur. (*Sall.*[6]) — 7. Odiis prope majoribus certarunt quam viribus, Romanis indignantibus quod victoribus victi ultro inferrent arma, Pœnis quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. (*Liv.*[7]) — 8. Quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur. (*Liv.*[8]) — 9. Quod pertinaciter studes, et, omnibus omissis, hoc unum agis ut te meliorem quotidie facias, et probo et gaudeo. (*Sen.*[9]) — 10. Hannibal magis mirari se aiebat, quod non jam in Asiam essent Romani, quam venturos dubitare. (*Liv.*[10]). — 11. Cato sic abiit e vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. (*Cic.*[11]) — 12. Breve ætatis tempus satis longum est ad bene honesteque vivendum; sin processerit longius, non magis dolendum est, quam agricolæ dolent, præterita verni temporis suavitate æstatem autumnumque venisse. (*Cic.*[12]) — 13. In suspicionem venerunt fanum expilasse Apollinis. (*Cic.*[13]) — 14. Non lubet mihi deplorare vitam, neque me vixisse pænitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem. (*Cic.*[14])

1. *Tusc.*, I, 2, 3. — 2. *Off.*, II, 17, 60. — 3. *Fam.*, II, 1, 2. — 4. *Gal.*, VII, 19, 4. — 5. *Gal.*, VII, 20, 1. — 6. *Jug.*, I, 1. — 7. XXI, 1, 3. — 8. IV, 3, 8. — 9. *Ep.*. 5. 1. — 10. XXXVI, 41, 2. — 11. *Tusc.*, I, 30, 74. — 12. *Sen.*, 19, 70. — 13. *Verr.*, Act. II, IV, 13, 30. — 14. *Sen.*, 23, 84.

CCIX

Gaudeo quod vales. — Socrates accusatus est quod corrumperet juventutem. (Gr. 481.)

1. Ce qui m'étonne le plus est de voir que tout le monde n'est pas étonné de sa faiblesse. (*Pasc.*[1]) — 2. Je ne m'étonne pas de ce que les Grecs ont fait l'*Iliade*, ni les Égyptiens et les Chinois leurs histoires. Il ne faut que voir comment cela est né. (*Pasc.*[2]) — 3. Quand je considère la petite durée de ma vie, absorbée dans l'éternité précédant et suivant; le petit espace que je remplis, et même que je vois, abîmé dans l'infinie immensité des espaces que j'ignore et qui m'ignorent; je m'effraie, et m'étonne de me voir ici plutôt que là. (*Pasc.*[3]) — 4. Paul Émile reprochait à Persée de ce qu'il ne se tuait pas. (*Pasc.*[4]) — 5. On ne se peut consoler d'être trompé par ses ennemis et trahi par ses amis, et l'on est souvent satisfait de l'être par soi-même. (*La Rochef.*[5]) — 6. Nous nous vantons souvent de ne nous point ennuyer, et nous sommes si glorieux que nous ne voulons pas nous trouver de mauvaise compagnie. (*La Rochef.*[6]) — 7. Le bon naturel, qui se vante d'être si sensible, est souvent étouffé par le moindre intérêt. (*La Rochef.*[7]) — 8. On ne devrait s'étonner que de pouvoir encore s'étonner. (*La Rochef.*[8]) — 9. Ceux qui ont eu de grandes passions se trouvent toute leur vie heureux et malheureux d'en être guéris. (*La Rochef.*[9]) — 10. Ceux qui croient avoir du mérite se font un honneur d'être malheureux, pour persuader aux autres et à eux-mêmes qu'ils sont dignes d'être en butte à la fortune. (*La Rochef.*[10]) — 11. Lycurgue est louable d'avoir banni de sa république tous les arts qui ne servent qu'au faste et à la volupté; mais il est inexcusable d'en avoir ôté l'agriculture et les autres arts nécessaires pour une vie simple et frugale. (*Fén.*[11]) — 12. Il y a apparence qu'il (Prodicus) fut accusé d'enseigner à ses disciples l'irréligion. (*Roll.*[12])

1. *Pensées*, III, 1. — 2. *Pensées*, XIV, 6. — 3. *Pensées*, XXV, 16. — 4. *Pensées*, I, 4 *bis*. — 5. *Maxim.*, 114. — 6. *Maxim.*, 141. — 7. *Maxim.*, 275. — 8. *Maxim.*, 384. — 9. *Maxim.*, 485. — 10. *Maxim.*, 50. — 11. *Dial. des Morts*, 17. — 12. *Hist. anc.*, XXVI, 4.

CCX

Nihil affirmo, dubitans. (Gr. 482.)

1. Humanus animus, decerptus ex mente divina cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. (*Cic.*[1]) — 2. Democritus, luminibus amissis, alba scilicet discernere et atra non poterat : at vero bona mala, æqua iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva poterat. (*Cic.*[2]) — 3. Ægyptii et Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. (*Cic.*[3]) — 4. Quid dicam opus esse doctrina? sine qua, etiamsi quid bene dicitur, adjuvante natura, tamen id, quia fortuito fit, semper paratum esse non potest. (*Cic.*[4]) — 5. C. Memmius, perfectus litteris, sed Græcis, fastidiosus sane latinarum, argutus orator verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriæ. (*Cic.*[5]) — 6. Et secundas res splendidiores facit amicitia, et adversas, partiens communicansque, leviores. (*Cic.*[6]) — 7. C. Flaminium Cælius, religione neglecta, cecidisse apud Trasumenum scribit. (*Cic.*[7]) — 8. C. Servilius Ahala Spurium Mælium, regnum appetentem, interemit. (*Cic.*[8]) — 9. An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Tib. Gracchum, mediocriter labefactantem statum rei publicæ, privatus interfecit : Catilinam nos consules perferemus? (*Cic.*[9]) — 10. Athenienses Alcibiadem corruptum a rege capere Cymen noluisse arguebant. (*Nep.*[10]) — 11. Parumper silentium et quies fuit, nec Etruscis, nisi cogerentur, pugnam inituris et dictatore arcem Romanam respectante, ut ab auguribus, simul aves rite admisissent, ex composito tolleretur signum. (*Liv.*[11]) — 12. Forte et numero et virtute, utpote lecti utrinque, haud impares æquis viribus per aliquot horas pugnarunt. (*Liv.*[12])

1. *Tusc.*, V, 13, 38. — 2. *Tusc.*, V, 39, 114. — 3. *Div.*, I, 42, 93. — 4. *Brut.*, 29, 111. — 5. *Brut.*, 70, 247. — 6. *Amic.*, 6, 22. — 7. *Nat.*, II, 3, 8. — 8. *Sen.*, 16, 56. — 9. *Cat.*, I, 1, 3. — 10. VII, 7, 2. — 11. IV, 18, 6. — 12. XXXI, 33, 9.

CCX

Nihil affirmo, dubitans. (Gr. 482.)

1. Charidème haïssait Alexandre à cause qu'il avait été chassé d'Athènes par son commandement. (*Vaug.*[1]) — 2. César et Antoine, après s'être défaits du faible Lépide, firent divers accords et divers partages, où César, comme plus habile, trouvant toujours le moyen d'avoir la meilleure part, mit Rome dans ses intérêts, et prit le dessus. (*Boss.*[2]) — 3. Le peuple romain, n'ayant plus rien à craindre au dehors, s'est abandonné sans réserve à sa passion. (*Fén.*[3]) — 4. Proculus, voyant le peuple irrité de la mort de Romulus, voulut le consoler par une fable. (*Fén.*[4]) — 5. Thémistocle, ayant fait la faute de s'en aller en Perse, aima mieux mourir et s'empoisonner en buvant du sang de taureau, que de servir le roi de Perse contre les Athéniens. (*Fén.*[5]) — 6. Scipion, vainqueur de l'Afrique, ayant été traité indignement à Rome, à cause qu'on accusait son frère d'avoir pris de l'argent dans sa guerre contre Antiochus, se retira à Liternum, où il passa dans la solitude le reste de ses jours, ne pouvant se résoudre ni à vivre au milieu de sa patrie ingrate, ni à manquer à la fidélité qu'il lui devait. (*Fén.*[6]) — 7. Les grands hommes, également propres à manier la charrue et les armes, à ensemencer les terres et à en conquérir, s'appliquant plus sérieusement à l'ouvrage, travaillaient aussi avec plus de succès. (*Roll.*[7]) — 8. Le Liban et les autres montagnes voisines fournissant aux Phéniciens d'excellents bois pour la construction des vaisseaux, on leur vit en peu de temps de nombreuses flottes marchandes. (*Roll.*[8]) — 9. Ceux qui écoutent volontiers se rendent plus attentifs, et deviennent plus disposés à croire ce qu'ils entendent, gagnés qu'ils sont par le plaisir, et quelquefois entraînés par l'admiration. (*Roll.*[9]) — 10. Les joueurs ont le pas sur les gens d'esprit, comme ayant l'honneur de représenter les gens riches. (*Vauven.*[10])

1. *Q. C.*, III, 2. — 2. *Hist. univ.*, III, 1. — 3. *Hist. univ.*, III, 7. — 4. *Dial. des Morts*, 10. — 5. *Dial. des Morts*, 34. — 6. *Dial. des Morts*, 34. — 7. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 1. — 8. *Hist. anc.*, XXIV, 2, 2. — 9. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 10. *Réflex. et Max.*, 62.

CCXI

Ut imperator cecidit, inclinata est acies. (Gr. 483, 492.)

1. Intestina, Ubi satur sum, nulla crepitant; quando esurio, tum crepant. (*Plaut.*[1]). — 2. Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures deos juret, non oportet. (*Cic.*[2]) — 3. Quorum prima ætas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur, ii, simul ac juvenes esse cœperunt, magna spectare et ad ea rectis studiis debent contendere. (*Cic.*[3]) — 4. Hostes, ubi primum nostros equites conspexerunt, impetu facto, celeriter nostros perturbaverunt. (*Cæs.*[4]) — 5. Hannibal, quotiescunque cum Romanis congressus est in Italia, semper discessit superior. (*Nep.*[5]) — 6. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat. (*Nep.*[6]) — 7. Jam primum juventus, simul ac belli patiens erat, in castris militiam discebat. (*Sall.*[7]) — 8. Jugurtha, ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxume ingenio validus, non se luxu neque inertiæ corrumpendum dedit. (*Sall.*[8]) — 9. Metellus, ubi oppidanos prœlio intentos, simul oppidum munitum videt, vallo fossaque mœnia circumvenit. (*Sall.*[9]) — 10. Romani, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant. (*Sall.*[10]) — 11. Ubi fines Neapolitanorum intravit, Numidas Hannibal in insidiis, quacunque apte poterat, disposuit. (*Liv.*[11]) — 12. Monumentum ejus pugnæ, ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. (*Liv.*[12]) — 13. Primo credere duces Gallorum, non descensuros in æquum Romanos : deinde, ubi degressos repente viderunt, et ipsi avidi certaminis in prœlium ruunt. (*Liv.*[13]) — 14. Ut quisque audierat exercitum hostium imperatoremque occisum, legiones romanas incolumes, salvos consules esse, extemplo aliis porro impertierant gaudium suum. (*Liv.*[14]) — 15. Quoties oculos conjecit in hostem, Aversos toties currus Juturna retorsit. (*Virg.*[15])

1. *Men.*, 834. — 2. *Rab.*, 13, 36. — 3. *Off.*, II, 13, 45. — 4. *Gal.*, IV, 12, 1. — 5. XXIII, 1, 2. — 6. XXV, 10, 1. — 7. *Cat.*, 7, 4. — 8. *Jug.*, 6, 1. — 9. *Jug.*, 76, 2. — 10. *Cat.*, 6, 5. — 11. XXIII, 1, 6. — 12. I, 13, 5. — 13. VII, 14, 10. — 14. XXVII, 51, 4. — 15. *Æn.*, XII, 483.

CCXI

Ut imperator cecidit, inclinata est acies. (Gr. 483, 492.)

1. La jalousie se nourrit dans les doutes; et elle devient fureur, ou elle finit, sitôt qu'on passe du doute à la certitude. (*La Rochef.*[1]) — 2. Quand les vices nous quittent, nous nous flattons de la créance que c'est nous qui les quittons. (*La Rochef.*[2]) — 3. Quand notre mérite baisse, notre goût baisse aussi. (*La Rochef.*[3]) — 4. La vraie épreuve du courage N'est que dans le danger que l'on touche du doigt : Tel le cherchait, dit-il, qui, changeant de langage, S'enfuit aussitôt qu'il le voit. (*La Font.*[4]) — 5. Mettons tout l'honneur à nous dédire dès que nous apercevrons que nous nous serons trompés. (*Fén.*[5]) — 6. L'orateur n'usera de son autorité que pour le bien public, prêt à la perdre toutes les fois qu'il ne pourra la conserver qu'en dissimulant, et en flattant les hommes. (*Fén.*[6]) — 7. Quand vous aurez, par votre patience, obtenu un bon succès, les gens mêmes qui vous ont le plus condamné seront le plus empressés à vous applaudir. (*Fén.*[7]) — 8. Maintenant, dès qu'un enfant est né, on le livre à quelque esclave grecque, à laquelle on joint un ou deux serviteurs des plus vils, et des moins capables d'aucun emploi sérieux. (*Roll.*[8]) — 9. Dans la première guerre punique, Régulus fut battu dès que les Carthaginois choisirent les plaines pour faire combattre leur cavalerie. (*Montesq.*[9]) — 10. Toutes les fois que les Romains se crurent en danger ou qu'ils voulurent réparer quelque perte, ce fut une pratique constante chez eux d'affermir la discipline militaire. Sont-ils battus à Numance? Scipion Émilien les prive d'abord de tout ce qui les avait amollis. Les légions romaines ont-elles passé sous le joug en Numidie? Métellus répare cette honte dès qu'il leur a fait reprendre les institutions anciennes. (*Montesq.*[10]) — 11. Lorsqu'on ne veut rien perdre ni cacher de son esprit, on en diminue d'ordinaire la réputation. (*Vauven.*[11])

1. *Maxim.*, 32. — 2. *Maxim.*, 192. — 3. *Maxim.*, 379. — 4. *Fabl.*, VI, 2. — 5. *Dial. Éloq.*, I. — 6. *Dial. Éloq.*, I. — 7. *Dial. des Morts*, 36. — 8. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 9. *Gr. et Décad.*, 4. — 10. *Gr. et Décad.*, 2. — 11. *Réflex. et Max.*, 261.

CCXII

Qui injuriam non propulsat, cum potest, injuste facit. — Athenæ cum florerent. (Gr. 484, 492.)

1. Cum dispicere cœpimus et sentire quid simus et quid ab animantibus ceteris differamus, tum ea sequi incipimus, ad quæ nati sumus. (*Cic.*[1]) — 2. Geometræ, cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato; illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. (*Cic.*[2]) — 3. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt; cum tacent, clamant. (*Cic.*[3]) — 4. Cum hæc scribebam, censorem jam te esse sperabam : eo brevior est hæc epistola, et, ut adversus magistrum morum, modestior. (*Cic.*[4]) — 5. Mihi in dies magis animus accenditur, cum considero, quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmet ipsos ipsi vindicamus in libertatem. (*Sall.*[5]) — 6. Sulla cum Damasippum et alios ejusmodi, qui malo rei publicæ creverant, jugulari jussit, quis non factum ejus laudabat? (*Sall.*[6]) — 7. Biantis cum patriam Prienam cepisset hostis ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus a quodam ut idem ipse faceret, « Ego vero » inquit « facio ; nam omnia mecum porto mea. » (*Cic.*[7]) — 8. Antea, cum equester ordo judicaret, improbi et rapaces magistratus in provinciis inserviebant publicanis. (*Cic.*[8]) — 9. Erit, erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, cum tu.... unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. (*Cic.*[9]) — 10. Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum modo vagabantur et sibi victu fero vitam propagabant. (*Cic.*[10]) — 11. Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ Ipsa sub ora viri cælo venere volantes. (*Virg.*[11]) — 12. Multi anni sunt, cum Fabius in ære meo est, et a me diligitur propter summam suam humanitatem et observantiam. (*Cic.*[12])

1. *Fin.*, V, 15, 41. — 2. *Tusc.*, V, 7, 18. — 3. *Cat.*, I, 8, 21. — 4. *Fam.*, III, 13, 2. — 5. *Cat.*, 20, 6. — 6. *Cat.*, 51, 32. — 7. *Par.*, I, 1, 8. — 8. *Verr.*, Act. II, III, 42, 94. — 9. *Mil.*, 26, 69. — 10. *Inv.*, 1, 2, 2. — 11. *Æn.*, VI, 190. — 12. *Fam.*, XV, 14, 1.

CCXII

Qui injuriam non propulsat, cum potest, injuste facit. — Athenæ cum florerent. (Gr. 484, 492.)

1. Il y a plaisir d'être dans un vaisseau battu de l'orage, lorsqu'on est assuré qu'il ne périra point. (*Pasc.*[1]) — 2. La plupart des jeunes gens croient être naturels, lorsqu'ils ne sont que mal polis et grossiers. (*La Rochef.*[2]) — 3. Horace ne se trompait pas quand il disait dans ses *Odes*, d'un ton si assuré : Je ne mourrai pas tout entier. (*Fén.*[3]) — 4. Les peintures morales n'ont point d'autorité pour convertir, quand elles ne sont soutenues ni de principes ni de bons exemples. (*Fén.*[4]) — 5. Quand on distribuait les différentes parties d'une cause à différents avocats, comme c'était autrefois la coutume, on chargeait pour l'ordinaire Quintilien du soin d'exposer le fait, ce qui demande un esprit d'ordre et une grande netteté. (*Roll.*[5]) — 6. Quand les sophistes arrivaient dans une ville, on allait en foule au-devant d'eux, et l'entrée qu'ils y faisaient avait un air de triomphe. (*Roll.*[6]) — 7. Il y a eu un temps où chacun de vous avait la protection de plusieurs, et non pas tous la protection d'un seul, et où il était inouï qu'un mortel pût donner et ôter de pareilles choses. (*Montesq.*[7]) — 8. Comme la faveur du peuple n'est jamais constante, il y eut des temps où Pompée vit diminuer son crédit. (*Montesq.*[8]) — 9. A peine les fables qu'on attribue à Ésope virent le jour, que Socrate trouva à propos de les habiller des livrées des Muses. (*La Font.*[9]) — 10. La vie nous séduit, elle nous promet de grands plaisirs dans la possession de la gloire; mais à peine commence-t-on à vivre, qu'il faut mourir. (*La Bruy.*[10]) — 11. Il y a aujourd'hui bien des années, ma chère bonne, qu'il vint au monde une créature destinée à vous aimer préférablement à toutes choses. (*Sév.*[11]) — 12. O Mentor, il y a bien des années que je vous vis, pour la première fois, dans la Phocide. (*Fén.*[12])

1. *Pensées*, XXIV, 51. — 2. *Max.*, 372. — 3. *Dial. des Morts*, 51. — 4. *Dial. Éloq.*, I. — 5. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 6. *Hist. anc.*, XXVI, 4. — 7. *Gr. et Décad.*, 11. — 8. *Gr. et Décad.*, 11. — 9. *Fabl.*, Préface. — 10. *Discours sur Théophr.* — 11. *Lett.*, 5 fév. 1674. — 12. *Télém.*, IX.

CCXIII

Quæ cum ita sint. (Gr. 485.)

1. Multi, cum in potestate essent hostium aut tyrannorum, multi in custodia, multi in exsilio, dolorem suum doctrinæ studiis levarunt. (*Cic.*[1]) — 2. Spartæ pueri ad aram verberibus accipiuntur, nonnunquam etiam, ut, cum ibi essem, audiebam, ad necem. (*Cic.*[2]) — 3. Dionysius, cum in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. (*Cic.*[3]) — 4. Regulus captus a Pœnis, cum de captivis commutandis Romam missus esset, jurassetque se rediturum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit, deinde, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. (*Cic.*[4]) — 5. Cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare. (*Cic.*[5]) — 6. Cum multa sint in philosophia gravia et utilia, latissime patere videntur ea, quæ de officiis tradita sunt. (*Cic.*[6]) — 7. Alexander, cum in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset : « O fortunate, inquit, adulescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris! » (*Cic.*[7]) — 8. Demosthenes scribit Phalereus, quum *rho* dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime faceret. (*Cic.*[8]) — 9. Meridie cum Cæsar pabulandi causa tres legiones misisset, repente hostes ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt. (*Cæs.*[9]) — 10. Quæ cum ita sint, Catilina, perge quo cœpisti; egredere aliquando ex urbe; patent portæ, proficiscere. (*Cic.*[10]) — 11. Themistocles, cum minus esset probatus parentibus, quod et liberius vivebat et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est. (*Nep.*[11]) — 12. Alexander, cum legisset epistolam matris, qua admonebatur ut a veneno Philippi medici caveret, acceptam potionem non deterritus bibit. (*Sen.*[12]) — 13. Cum res honestissima sit, referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est. (*Sen.*[13])

1. *Fin.*, V, 19, 53. — 2. *Tusc.*, II, 14, 34. — 3. *Tusc.*, V, 20, 59. — 4. *Off.*, I, 13, 39. — 5. *Fin.*, I, 20, 66. — 6. *Off.*, I, 2, 4. — 7. *Arch.*, 10, 24. — 8 *Div.*, II, 46, 96. — 9. *Gal.*, V, 17. — 10. *Cat.*, I, 5, 10. — 11. II, 1, 2. — 12. *Ir.*, II, 23, 3. — 13. *Ben.*, III, 7, 2.

CCXIII

Quæ cum ita sint. (Gr. 485.)

1. Les hommes n'ayant pu guérir la mort, la misère, l'ignorance, se sont avisés, pour se rendre heureux, de ne point y penser. (*Pasc.*[1]) — 2. Chez les Égyptiens, celui qui, pouvant sauver un homme attaqué, ne le faisait pas, était puni de mort aussi rigoureusement que l'assassin. (*Boss.*[2]). — 3. L'empire (romain) même étant regardé comme un bien héréditaire, les empereurs se multiplient naturellement par la multitude des enfants des princes. (*Boss.*[3]) — 4. L'état mitoyen, qui seul tient tout en balance dans les États populaires, étant le plus faible (à Rome), il fallait que la république tombât. (*Boss.*[4]) — 5. On donna à Ératosthène le surnom de *Béta,* parce que, ne pouvant aspirer au premier rang dans aucune science particulière, il était du moins parvenu au second dans toutes en général. (*Roll.*[5]) — 6. Ayant appris qu'il paraissait un nuage d'une grandeur et d'une figure extraordinaires, Pline l'Ancien se mit sur mer, et s'aperçut bientôt qu'il sortait du mont Vésuve. (*Roll.*[6]) — 7. Le père de Lucien, n'ayant pas le moyen de l'entretenir, résolut de lui faire apprendre un métier; mais les commencements ne lui ayant pas été favorables, il se jeta dans les lettres, sur un songe vrai ou supposé. (*Roll.*[7]) — 8. Marc-Aurèle Antonin ayant eu la curiosité d'entendre Hermogène faire ses leçons, en fut charmé et lui fit de grands présents. (*Roll.*[8]) — 9. Périclès (eut) cette habitude de méditer et d'approfondir. Étant tombé entre les mains d'Anaxagore, il apprit de lui à remonter aux principes des choses; et s'appliqua particulièrement à l'étude de la nature. (*Roll.*[9]) — 10. Le monde est peuplé d'esprits froids, qui, n'étant pas capables par eux-mêmes d'inventer, s'en consolent en rejetant toutes les inventions d'autrui, et qui, méprisant au dehors beaucoup de choses, croient se faire estimer. (*Vauven.*[10])

1. *Pensées*, IV, 5. — 2. *Hist. univ.*, III, 3. — 3. *Hist. univ.*, III, 7. — 4. *Hist. univ.*, III, 7. — 5. *Hist. anc.*, XXVI, 42. — 6. *Hist. anc.*, XXVI, 2. — 7. *Hist. anc.*, XXVI, 2. — 8. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 9. *Hist. anc.*, XXVI, 4. — 10. *Réflex. et Max.*, 325.

CCXIV

Antequam in Siciliam veni ægrotavi. — Tempestas minatur, antequam surgat. (Gr. 486.)

1. Quisque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, judicare. (*Cic.*[1]) — 2. In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. (*Cic.*[2]) — 3. Medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est. (*Cic.*[3]) — 4. Græcia, cum eloquentiæ studio sit incensa, jamdiuque excellat in ea, præstetque ceteris, tamen omnes artes vetustiores habet, et multo ante non inventas solum, sed etiam perfectas, quam hæc est a Græcis elaborata dicendi vis atque copia. (*Cic.*[4]) — 5. Antequam delectata est Atheniensium civitas hac laude dicendi, multa jam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus effecerat. (*Cic.*[5]) — 6. Sæpe magna indoles virtutis, priusquam rei publicæ prodesse potuisset, exstincta fuit. (*Cic.*[6]) — 7. Mithidrates Datamem ferro transfixit, priusque quam quisquam posset succurrere, interfecit. (*Nep.*[7]) — 8. Epaminondas non prius bellare destitit, quam urbem Lacedæmoniorum obsidione clausit. (*Nep.*[8]) — 9. Aristides interfuit pugnæ navali apud Salamina, quæ facta est prius, quam pœna liberaretur. (*Nep.*[9]) — 10. Sine, priusquam amplexum accipio, sciam ad hostem an ad filium venerim. (*Liv.*[10]) — 11. Petilini non ante, quam vires ad standum in muris ferendaque arma deerant, expugnati sunt. (*Liv.*[11]) — 12. Cornelius consul exercitum in saltum induxit, nec prius quam recipi tuto signa non poterant, imminentem capiti hostem vidit. (*Liv.*[12]) — 13. Mucius spectator distillantis in hostili foculo dexteræ stetit, nec ante removit nudis ossibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoste subductus est. (*Sen.*[13])

1. *Off.*, I, 32, 117. — 2. *Off.*, I, 21, 73. — 3. *De Orat.*, II, 44, 186. — 4. *Brut.*, 7, 26. — 5. *Brut.*, 13, 49. — 6. *Phil.*, V, 17, 47. — 7. XIV, 11, 5. — 8. XV, 8, 4. — 9. III, 2, 1. — 10. II, 40, 5. — 11. XXIII, 30, 4. — 12. VII, 34, 1. — 13. *Ep.*, 24, 5.

CCXIV

Antequam in Siciliam veni, ægrotavi. — Tempestas minatur, antequam surgat. (Gr. 486.)

1. Avant que de désirer fortement une chose, il faut examiner quel est le bonheur de celui qui la possède. (*La Rochef.*[1]) — 2. Il ne faut jamais vendre la peau de l'ours qu'on ne l'ait mis par terre. (*La Font.*[2]) — 3. Fortune aveugle suit aveugle hardiesse. Le sage quelquefois fait bien d'exécuter Avant que de donner le temps à la sagesse D'envisager le fait, et sans la consulter. (*La Font.*[3]) — 4. Dieu, ayant affranchi son peuple de la tyrannie des Égyptiens, pour le conduire en la terre où il veut être servi, avant que de l'y établir, lui propose la loi selon laquelle il y doit vivre. (*Boss.*[4]) — 5. Cambyse s'avança vers l'Éthiopie comme un insensé, et vit périr son armée faute de vivres, au milieu des sables, avant que d'approcher de l'ennemi. (*Boss.*[5]) — 6. Avant que de sortir de son royaume, Sésostris pourvut à la sûreté du dedans, en gagnant le cœur de tous ses peuples par la libéralité et par la justice. (*Boss.*[6]) — 7. Combien de siècles se sont écoulés avant que les hommes, dans les sciences et dans les arts, aient pu revenir au goût des anciens, et reprendre enfin le simple et le naturel! (*La Bruy.*[7]) — 8. Je veux savoir si les choses sont vraies, avant que de les trouver belles. (*Fén.*[8]) — 9. L'orateur doit se remplir l'esprit de choses avant que de parler. (*Fén.*[9]) — 10. L'orateur, s'il m'en croit, battra en retraite avant que de tomber dans les pièges de la caducité et gagnera le port pendant que son vaisseau est encore bon et entier. (*Roll.*[10]) — 11. Saint Basile, avant que d'aller à Athènes, passa à Constantinople. (*Roll.*[11]) — 12. Avant d'attaquer un abus, il faut voir si on peut ruiner ses fondements. (*Vauven.*[12]) — 13. Nous recevons de grandes louanges avant d'en mériter de raisonnables. (*Vauven.*[13])

1. *Maxim.*, 5e supplém., 10. — 2. *Fabl.*, V, 20. — 3. *Fabl.*, X, 13. — 4. *Hist. univ.*, I, 4. — 5. *Hist. univ.*, III, 3. — 6. *Hist. univ.*, III, 3. — 7. *Caract.*, I. — 8. *Dial. Éloq.*, I. — 9. *Dial. Éloq.*, I. — 10. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 11. *Hist. anc.*, XXVI, 4. — 12. *Réflex. et Max.*, 25. — 13. *Réflex. et Max.*, 372.

CCXV

Postquam legi, scribo. (Gr. 487, 492.)

1. Postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis, herbæque desectæ, sed etiam fructus ex arboribus deficiebant, conandum sibi aliquid Pompeius de eruptione existimavit. (*Cæs.*[1]) — 2. Perfugæ, postquam murum arietibus feriri resque suas afflictas vident, aurum et argentum domum regiam important. (*Sall.*[2]) — 3. Extremo tempore per lumbos fistulæ puris eruperunt. Atque hoc priusquam ei accideret, postquam vero in dies dolores accrescere febresque accessisse sensit, Agrippam generum ad se arcessi jubet. (*Nep.*[3]) — 4. Postquam luxu atque desidia civitas corrupta est, rursus res publica magnitudine sua magistratuum vitia sustentabat. (*Sall.*[4])

CCXVI

Quoad dedita arx est, cædes tota urbe factæ. — Delitui, dum vela darent. (Gr. 488.)

1. Iratis aut subtrahendi sunt ei in quos impetum conantur facere, dum se ipsi colligant, aut rogandi orandique sunt, ut, si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. (*Cic.*[5]) — 2. Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te litteræ veniant, in Italia morabor. (*Cic.*[6]) — 3. Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere? (*Cic.*[7]) — 4. Epaminondas exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. (*Nep.*[8]) — 5. Virginius, dum collegam consuleret, moratus, permittente eo, nocte dictatorem dixit. (*Liv.*[9]) — 6. Donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit : postquam jactari arma passim, fugaque per agros spargi aciem hostium animadversum est : tum equitum turmæ emissæ, signo dato. (*Liv.*[10])

1. *Civ.*, III, 58. — 2. *Jug.*, 76, 6. — 3. XXV, 21, 3. — 4. *Cat.*, 53, 5. — 5. *Tusc.*, IV, 36, 78. — 6. *Fam.*, XI, 23, 2. — 7. *Nat.*, II, 51, 129. — 8. XV 2. — 9. IV, 21, 10. — 10. VI, 13, 4.

CCXV

Postquam legi, scribo. (Gr. 487, 492.)

1. Il y a de certaines larmes qui nous trompent souvent nous-mêmes, après avoir trompé les autres. (*La Rochef.*[1]) — 2. Tarquin l'Ancien, roi de Rome, après avoir subjugué une partie de la Toscane, et orné la ville de Rome par des ouvrages magnifiques, acheva son règne. (*Boss.*[2]) — 3. Après que Cicéron eut plaidé pendant deux ans, sa santé, ou peut-être des raisons de politique, l'ayant obligé d'interrompre la plaidoirie, il alla exprès à Rhodes pour se mettre sous la direction de Molon. (*Roll.*[3]) — 4. Quintilien, après avoir enseigné la rhétorique dans l'Espagne tarraconnaise et exercé la profession d'avocat pendant plus de sept ans, revint à Rome. (*Roll.*[4])

CCXVI

Quoad dedita arx est, cædes tota urbe factæ. — Delitui, dum vela darent. (Gr. 488.)

1. Et celui dont le ciel pour un sceptre fait choix, Jusqu'à ce qu'il le porte, en ignore le poids. (*Corn.*[5]) — 2. Si (l'homme) se vante, je l'abaisse; s'il s'abaisse, je le vante: et le contredis toujours, jusqu'à ce qu'il comprenne qu'il est un monstre incompréhensible. (*Pasc.*[6]) — 3. On ne voit plus que carnage; le sang enivre le soldat; jusqu'à ce que le grand prince, qui ne put voir égorger ces lions comme de timides brebis, calma les courages émus, et joignit au plaisir de vaincre celui de pardonner. (*Boss.*[7]) — 4. Il promettait de ne point prêcher jusqu'à ce que le roi lui permettrait. (*Boss.*[8]) — 5. Cyaxare attendit que les Scythes eussent excité la haine publique, et se défissent eux-mêmes par le désordre de leur gouvernement. (*Boss.*[9]) — 6. Fabius ne savait que sa vieille méthode de temporiser à la guerre..., d'attendre que les ennemis se consumassent d'eux-mêmes. (*Fén.*[10])

1. *Maxim.*, 373. — 2. *Hist. univ.*, I, 7. — 3. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 4. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 5. *Héracl.*, I, 1. — 6. *Pensées*, VIII, 14. — 7. *Or. fun.* Louis de Bourbon. — 8. *Var.*, 10. — 9. *Hist. univ.*, III, 3. — 10. *Dial. des morts*, 37

(*Suite.*)

7. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives; et vives ita, ut nunc vivis, multis meis et firmis præsidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. (*Cic.*[1]) — 8. Consul, ubi silentium in castris, inferri signa jussit, tantumque ibi moratus, dum milites ad prædam discurrunt, receptui deinde cecinit. (*Liv.*[2]) — 9. Obsidio per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur. (*Liv.*[3]) — 10. Acribus custodiis domum et vias sepserat Livia; lætique interdum nuntii vulgabantur, donec provisis quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum et rerum potiri Neronem fama eadem tulit. (*Tac.*[4]) — 11. Avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri loco consedisse incolæ memorant, nec deinde cœtu hominum aut circumvolitantium alitum territam pulsamve; donec Otho se ipse interficeret. (*Tac.*[5]) — 12. Cæsar, exanimis, diffugientibus cunctis, aliquandiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio, tres servuli domum retulerunt. (*Suet.*[6])

CCXVII

Homines, dum docent, discunt. (Gr. 489.)

1. Artemisia illa, Mausoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quamdiu vixit, vixit in luctu. (*Cic.*[7]) — 2. Dum videntur, eadem est in somniis species et eorum, quæ vigilantes videmus. (*Cic.*[8]) — 3. Cæsar, dum voluit alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris inurere; sanos quidem homines a scribendo deterruit. (*Cic.*[9]) — 4. Postquam, remoto metu punico, simultates exercere vacuum fuit, plurimæ turbæ, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt, dum pauci potentes sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant. (*Sall.*[10])

1. *Cat.*, I, 2, 6. — 2. XXVII, 42, 12. — 3. XXI, 8, 1. — 4. *Ann.*, I, 5. — 5. *Hist.*, II, 50. — 6. *Cæs.*, 82. — 7. *Tusc.*, III, 31, 75. — 8. *Ac.*, II, 17, 52. — 9. *Brut.*, 75, 262. — 10. *Hist.*, *Fr.*, I, 12.

(*Suite.*)

7. Quel effet doit produire sur un esprit raisonnablement curieux le spectacle de ce qui se passe dans une vigne et dans une pièce de blé, jusqu'à ce que les fruits de l'une et de l'autre soient portés et mis en sûreté dans les celliers et dans les greniers. (*Roll.*[1]) — 8. La nouvelle Tyr continua son négoce avec plus de succès encore et plus d'éclat qu'auparavant, jusqu'à ce qu'enfin Alexandre le Grand, l'ayant prise d'assaut, lui ôta sa marine et son commerce. (*Roll.*[2]) — 9. Lorsque l'on était occupé à une grande guerre, le Sénat dissimulait toutes sortes d'injures, et attendait dans le silence que le temps de la punition fût venu. (*Montesq.*[3]) — 10. Jusqu'à ce qu'on rencontre le secret de rendre les esprits plus justes, tous les pas que l'on pourra faire dans la vérité n'empêcheront pas les hommes de raisonner faux. (*Vauven.*[4]) — 11. Sitôt qu'une opinion devient commune, il ne faut point d'autre raison pour obliger les hommes.... à embrasser son contraire, jusqu'à ce que celle-ci vieillisse à son tour. (*Vauven.*[5])

CCXVII

Homines, dum docent, discunt. (Gr. 489.)

1. L'homme croit souvent se conduire lorsqu'il est conduit; et pendant que par son esprit il tend à un but, son cœur l'entraîne insensiblement à un autre. (*La Rochef.*[6]) — 2. Pendant que la paresse et la timidité nous retiennent dans notre devoir, notre vertu en a souvent tout l'honneur. (*La Rochef.*[7]) — 3. On ne trouve guère d'ingrats tant qu'on est en état de faire du bien. (*La Rochef.*[8]) — 4. Garde-toi, tant que tu vivras, De juger des gens sur la mine. (*La Font.*[9]) — 5. Nous n'aimons pas les zélés qui font profession de mépriser tout ce dont nous nous piquons, pendant qu'ils se piquent eux-mêmes de choses encore plus méprisables. (*Vauven.*[10])

1. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 4. — 2. *Hist. anc.*, XXIV, 2, 2. — 3. *Gr. et Décad.*, 6. — 4. *Réflex. et Max.*, 270. — 5. *Réflex. et Max.*, 220. — 6. *Maxim.*, 43. — 7. *Maxim.*, 169. — 8. *Maxim.* 306. — 9. *Fabl.*, IV, 5. — 10. *Réflex. et Max.*, 241.

CCXVIII

Cogitantes cælestia, terrena contemnimus. (Gr. 490.)

1. Nostri consules regem inimicissimum mœnibus jam appropinquantem monuerunt, a veneno ut caveret. (*Cic.*[1]) — 2. In corpore perspicuum est, vel extincto animo vel elapso nullum residere sensum. (*Cic.*[2]) — 3. Ut maris tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente, sic animi quietus et placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat. (*Cic.*[3]) — 4. Omne malum nascens facile opprimitur; inveteratum fit plerumque robustius. (*Cic.*[4]) — 5. Ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possent nec ferre præsentia. (*Cic.*[5]) — 6. Suscipienda bella sunt ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur, parta autem victoria conservandi ii, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt. (*Cic.*[6]) — 7. Ante Periclem et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuerunt, littera nulla est, quæ quidem ornatum habeat et oratoris esse videatur. (*Cic.*[7]) — 8. Divitiacus Cæsarem complexus, obsecrare cœpit ne quid gravius in fratrem statueret. (*Cæs.*[8]) — 9. Hiberum copias trajecit, præmissis qui Gallorum animos donis conciliarent, Alpiumque transitus specularentur. (*Liv.*[9]) — 10. T. Manlius Torquatus Gallum, cum quo provocatus manum conseruit,... torque spoliavit. (*Liv.*[10]) — 11. Neque Cæsar aut qui esset ante detexit, aut gubernatorem cedere adversæ tempestati passus est, quam pæne obrutus fluctibus. (*Suet.*[11]) — 12. Multi adnantes navibus, incerto quid aut peterent aut vitarent, fœde interierunt. (*Liv.*[12]) — 13. Consul, statione equitum ad portam opposita, edictoque ut, quicunque ad vallum tenderet, pro hoste haberent, obstitit effuse tendentibus suis in castra. (*Liv.*[13]) — 14. Nunciatum Claudio epulanti periisse Messalinam, non distincto sua an aliena manu. (*Tac.*[14])

1. *Fin.*, V, 22, 64. — 2. *Tusc.*, I, 43, 104. — 3. *Tusc.*, V, 6, 16. — 4. *Phil.*, V, 11, 31. — 5. *Nat.*, I, 9, 23. — 6. *Off.*, I, 11, 35. — 7. *Brut.*, 7, 27. — 8. *Gal.*, I, 20, 1. — 9. XXI, 23, 1. — 10. VI, 42, 5. — 11. *Cæs.*, 58. — 12. XXVIII, 36, 12. — 13. X, 36, 6. — 14. *Ann.*, XI, 38.

CCXVIII

Cogitantes cælestia, terrena contemnimus. (Gr. 490.)

1. Alexandre, après avoir envoyé Cléandre au Péloponèse avec de l'argent pour lever des troupes, et donné ordre aux affaires de la Lycie et de la Pamphylie, vint camper devant les murs de Célènes. (*Vaug.*[1]) — 2. La source du fleuve Marsyas est au sommet d'une montagne, d'où il tombe avec grand bruit, et venant à s'épandre dans la plaine, arrose les campagnes voisines, conservant ses eaux toujours claires sans les mesler avec d'autres. (*Vaug.*[2]) — 3. La vraie nature étant perdue, tout devient sa nature; comme, le véritable bien étant perdu, tout devient son véritable bien. (*Pasc.*[3]) — 4. Les raisons qui étant vues de loin semblent borner notre vue, quand on y est arrivé ne la bornent plus; on commence à voir au delà. (*Pasc.*[4]) — 5. Il y a de certains défauts qui, étant bien mis dans un certain jour, plaisent plus que la perfection même. (*La Rochef.*[5]) — 6. Platon dit que, Socrate étant condamné au dernier supplice, l'on remit l'exécution de l'arrêt à cause de certaines fêtes. (*La Font.*[6]) — 7. Platon, ayant banni Homère de sa République, y a donné à Ésope une place très honorable. (*La Font.*[7]) — 8. On hasarde de perdre en voulant trop gagner. (*La Font.*[8]) — 9. Il est plus beau de périr par l'injuste courroux des dieux, après avoir vaincu ses ennemis, que de finir une guerre en se cachant dans un cheval, et en se servant des mystères de Minerve pour tromper ses ennemis. (*Fén.*[9]) — 10. Noé, s'appliquant à l'agriculture, commença à cultiver la terre, et il planta la vigne. (*Roll.*[10]) — 11. Le commerce a commencé, comme cela était naturel, entre particuliers, les hommes s'entr'aidant les uns les autres de ce qu'ils avaient chacun d'utile ou de nécessaire pour la vie. (*Roll.*[11]) — 12. Les plus beaux siècles dégénèrent promptement, et à peine sortis de la barbarie, ils s'y replongent. (*Vauven.*[12])

1. *Q. C.*, III, 1. — 2. *Q. C.*, III, 1. — 3. *Pensées*, XXV, 84. — 4. *Pensées*, XXV, 118 *ter*. — 5. *Maxim.*, 3e supplém., 35. — 6. *Fabl.*, Préface. — 7. *Fabl.*, Préface. — 8. *Fabl.*, VII, 4. — 9. *Dial. des Morts*, 5. — 10. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 3. — 11. *Hist. anc.*, XXIV, 2, 2. — 12. *Réflex. et Max.*, 220.

CCXIX

Dum pugnat, vulneratus est. (Gr. 491.)

1. Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui, dum in pulvere quædam describit attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? (*Cic.*[1]) — 2. Jam infici debet puer iis artibus, quas, si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior. (*Cic.*[2]) — 3. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa, circiter hominum millia VI ad Rhenum contenderunt. (*Cæs.*[3]) — 4. Ergo, dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum. (*Liv.*[4]) — 5. Nec arduum videbatur exscindere coloniam nullis munimentis septam; quod ducibus nostris parum provisum erat, dum amœnitati prius quam usui consulitur. (*Tac.*[5])

CCXX

Cum ver esse cœpit, Verres dat se labori. — Cum ver esse cœperat, Verres dabat se labori. (Gr. 492.)

1. Cum in Ajacis navim fulmen injectum est, inflammatur navis necessario. (*Cic.*[6]) — 2. Cum posui librum et mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio omnis illa elabitur. (*Cic.*[7]) — 3. Cum diutius in negotio curaque fueram, ut requiescerem curamque animi remitterem, ad Carpinatii præclaras tabulas revertebar. (*Cic.*[8]) — 4. Cum ad gubernacula rei publicæ temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant. (*Cic.*[9]) — 5. Ager, cum multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. (*Cic.*[10]) — 6. Cum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio. (*Cic.*[11]) — 7. Cum ver esse cœperat, ejus initium non a Favonio notabat Verres, sed cum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur. (*Cic.*[12])

1. *Fin.*, V, 19, 50. — 2. *Fin.*, III, 2, 9. — 3. *Gal.*, I, 27, 4. — 4. IV, 3, 13. — 5. *Ann.*, XIV, 31. — 6. *Top.*, 16, 61. — 7. *Tusc.*, I, 11, 24. — 8. *Verr.*, Act. II, IV, 61, 137. — 9. *Inv.*, I, 3, 4. — 10. *Brut.*, 4, 16. — 11. *Brut.*, 24, 93. — 12. *Verr.*, Act. II, V, 10, 27.

CCXIX

Dum pugnat, vulneratus est. (Gr. 491.)

1. Pendant que Pisistrate, ébranlé du faux coup qu'il avait donné, ramenait sa lance, Adraste le perça d'un javelot. (*Fén.*[1]) — 2. Les grands vaisseaux étaient désavantageux, en ce qu'étant difficilement mus par la chiourme ils ne pouvaient pas faire les évolutions nécessaires. Antoine en fit à Actium une funeste expérience : ses navires ne pouvaient se remuer, pendant que ceux d'Auguste, plus légers, les attaquaient de toutes parts. (*Montesq.*[2]) — 3. Pendant qu'Annibal resta avec son armée ensemble, il battit les Romains; mais, lorsqu'il fallut qu'il mît des garnisons dans les villes, ses forces se trouvèrent trop petites. (*Montesq.*[3])

CCXX

Cum ver esse cœpit, Verres dat se labori. — Cum ver esse cœperat, Verres dabat se labori. (Gr. 492.)

1. Mademoiselle, ne plus ne moins que la statue de Memnon rendait un son harmonieux lorsqu'elle venait à être éclairée des rayons du soleil, tout de même me sens-je animé d'un doux transport à l'apparition du soleil de vos beautés. (*Mol.*[4]) — 2. Quand la justice de la guerre était reconnue, le sénat prenait ses mesures pour l'entreprendre; mais on envoyait, avant toutes choses, demander dans les formes à l'usurpateur les choses injustement ravies. (*Boss.*[5]) — 3. C'est elle (la raison éternelle) qui nous inspire quand nous pensons bien; c'est elle qui nous reprend quand nous pensons mal. (*Fén.*[6]) — 4. Quand on était accusé de brigues, on corrompait les juges; et quand on était mis en justice, on intimidait encore les juges. (*Montesq.*[7]) — 5. Pour les États qui n'ont été soumis qu'insensiblement, lorsque les lois leur manquent, ils sont encore gouvernés par les mœurs. (*Montesq.*[8])

1. *Télém.*, XV. — 2. *Gr. et Décad.*, 4. — 3. *Gr. et Décad.*, 4. — 4. *Mal. imag.*, II, 6. — 5. *Hist. univ.*, III, 6. — 6. *Télém.*, IV. — 7. *Gr. et Décad.*, 13. — 8. *Gr. et Décad.*, 15.

CCXXI

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. (Gr. 493.)

1. Quis est qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipse diligatur ab ullo, circumfluere omnibus copiis atque in omnium rerum abundantia vivere? Hæc enim est tyrannorum vita. (*Cic.*[1]) — 2. Ut rationem Plato nullam afferret, ipsa auctoritate me frangeret : tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur. (*Cic.*[2]) — 3. Carneadem antepones Platoni et Socrati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent. (*Cic.*[3]) — 4. Natura significari futura sine deo possunt, et, ut sint di, potest fieri ut nulla ab iis divinatio generi humano tributa sit. (*Cic.*[4]) — 5. Habent sua verba miseri, sua verba felices; utque jam maxime eadem ab utrisque dicantur, aliter dicuntur. (*Plin. J.*[5])

CCXXII

Oderint, dum metuant. (Gr. 494.)

1. Neque histrioni, ut placeat, peragenda fabula est, modo in quocunque fuerit actu probetur, neque sapienti usque ad « plaudite » veniendum est. (*Cic.*[6]) — 2. Gallia omnes æquo animo belli patitur injurias, dummodo repellat periculum libertatis. (*Cic.*[7]) — 3. Recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. (*Cic.*[8]) — 4. Si quis est paulo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere, occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam. (*Cic.*[9]) — 5. Ego, si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. (*Cic.*[10]) — 6. Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria. (*Cic.*[11]) — 7. Imitamini turbam inconsultam, dum ego ne imiter tribunos nec me contra senatus consultum consulem renuntiari patiar. (*Liv.*[12])

1. *Amic.*, 15, 52. — 2. *Tusc.*, I, 21, 49. — 3. *Div.*, I, 30, 62. — 4. *Div.*, I, 6, 10. — 5. *Pan.*, 72, 7. — 6. *Sen.*, 19, 70. — 7. *Phil.*, XII, 4, 9. — 8. *De Orat.*, III, 48, 185. — 9. *Off.*, I, 30, 105. — 10. *Att.*, VIII, 11, B, 3. — 11. *Sen.*, 7, 22. — 12. III, 21, 6.

CCXXI

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. (Gr. 493.)

1. Si l'onde est rapide autant que profonde, Dit-il, et supposé qu'on la puisse passer, Pourquoi de l'éléphant s'aller embarrasser? (*La Font.*[1]) — 2. Supposons toutefois qu'encore fidèle et pure, Sa vertu de ce choc revienne sans blessure : Crois-tu que, toujours ferme aux bords du précipice, Elle pourra marcher sans que le pied lui glisse? (*Boil.*[2]) — 3. Supposant que l'orateur se soit beaucoup exercé à écrire, comme Cicéron le demande, qu'il ait lu tous les bons modèles, qu'il ait beaucoup de facilité naturelle et acquise, qu'il ait un fonds abondant de principes et d'érudition, qu'il ait bien médité tout son sujet, qu'il l'ait bien rangé dans sa tête; nous devons conclure qu'il parlera avec force, avec ordre, avec abondance. (*Fén.*[3])

CCXXII

Oderint, dum metuant. (Gr. 494.)

1. Pourveu qu'il peust seulement paroistre à la teste de son armée, Alexandre se tenoit asseuré de la victoire. (*Vaug.*[4]) — 2. Nous perdons la vie avec joie, pourvu qu'on en parle. (*Pasc.*[5]) — 3. Petit poisson deviendra grand, Pourvu que Dieu lui prête vie. (*La Font.*[6]) — 4. Aurélian écrivit une lettre à Zénobie, dans laquelle il lui offrait la vie et un lieu de retraite, pourvu qu'elle se rendît dans un certain temps. (*Boil.*[7]) — 5. Pourvu que vous ne vous laissiez point dominer par certains préjugés..., la raison vous persuadera bientôt. (*Fén.*[8]) — 6. Les fous mêmes et les méchants, pourvu qu'ils ne le soient qu'à demi, sentent et reconnaissent ce besoin de vivre en commun, et d'être sujets à des lois. (*Fén.*[9]) — 7. Pourvu qu'il n'y ait pas plus d'irrégularités dans un ouvrage que dans nos propres conceptions, rien n'empêche qu'il ne puisse plaire, s'il est bon d'ailleurs. (*Vauv.*[10])

1. *Fabl.*, X, 14. — 2. *Sat.*, X, 149. — 3. *Dial. Éloq.*, II. — 4. *Q. C.*, III, 6. — 5. *Pensées*, II, 2 *bis*. — 6. *Fabl.*, V, 3. — 7. *Longin*, Préface. 8. *Dial. Éloq.*, I. — 9. *Dial. des Morts*, 34. — 10. *Réflex. et Max.*, 519.

CCXXIII

Si vis pacem, para bellum. (Gr. 496.)

1. Meo judicio ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt ac valentes, et omnia removentur, quæ obstant et impediunt. (*Cic.*[1]) — 2. Non, si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene vivendum. (*Cic.*[2]) — 3. Si Zenoni licuit, cum rem aliquam invenisset inusitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? (*Cic.*[3]) — 4. Si cor aut sanguis aut cerebrum est animus, certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore; si anima est, fortasse dissipabitur; si ignis, exstinguetur. (*Cic.*[4]) — 5. Poma arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur; si matura et cocta, decidunt. (*Cic.*[5]) — 6. Si nullum jam ante consilium de morte Sex. Roscii inieras, (hic nuntius) ad te minime omnium pertinebat. (*Cic.*[6]) — 7. Nobis et multa scripta sunt, sic ut plura nemini e nostris, et scribentur fortasse plura, si vita suppetet. (*Cic.*[7]) — 8. Nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. (*Cic.*[8]) — 9. Quid? si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? Imo vero obsecrabit patrem ne id faciat; si nihil proficiet, accusabit. (*Cic.*[9]) — 10. Summum bonum qui in una virtute ponunt et splendore nominis capti, quid natura postulet, non intelligunt, errore maximo, si Epicurum audire voluerint, liberabuntur. (*Cic.*[10]) — 11. Si scieris aspidem occulte latere uspiam, et velle aliquem imprudentem super eam assidere, cujus mors tibi emolumentum futura sit, improbe feceris, nisi monueris ne assidat. (*Cic.*[11]) — 12. Rem dilucide narrabimus, si, ut quidque primum gestum erit, ita primum exponemus et rerum ac temporum ordinem conservabimus. (*Cic.*[12]) — 13. Quanta dementia est hominum! Turpissima vota dis insusurrant : si quis admoverit aurem, conticescent, et quod scire hominem nolunt, deo narrant. (*Sen.*[13])

1. *Ac.*, II, 7, 19. — 2. *Fin.*, II, 13, 41. — 3. *Fin.*, III, 4, 15. — 4. *Tusc.*, I, 11, 24. — 5. *Sen.*, 19, 71. — 6. *Rosc. Am.*, 34, 96. — 7. *Fin.*, I, 4, 11. — 8. *De Orat.*, I, 6, 20. — 9. *Off.*, III, 23, 90. — 10. *Fin.*, I, 13, 42. — 11. *Fin.*, II, 18, 59. — 12. *Ad Her.*, I, 9, 15. — 13. *Ep.*, 10, 5.

CCXXIII

Si vis pacem, para bellum. (Gr. 496.)

1. Si nous sommes simplement matériels, nous ne pouvons rien du tout connaître, et si nous sommes composés d'esprit et de matière, nous ne pouvons connaître parfaitement les choses simples, spirituelles et corporelles. (*Pasc.*[1]) — 2. Voulez-vous qu'on dise du bien de vous? n'en dites pas. (*Pasc.*[2]) — 3. S'il y a un Dieu, il ne faut aimer que lui, et non les créatures passagères. (*Pasc.*[3]) — 4. Si la vanité ne renverse pas entièrement les vertus, du moins elle les ébranle toutes. (*La Rochef.*[4]) — 5. S'il y a quelque chose d'ingénieux dans la république des lettres, on peut dire que c'est la manière dont Ésope a débité sa morale. (*La Font.*[5]) — 6. Si tu veux qu'on t'épargne, épargne aussi les autres. (*La Font.*[6]) — 7. En Égypte, si l'accusateur public prouvait que la conduite du mort eût été mauvaise, on en condamnait la mémoire, et il était privé de la sépulture. (*Boss.*[7]) — 8. La vertu donne la véritable politesse; mais bientôt, si on n'y prend garde, la politesse amollit peu à peu. (*Fén.*[8]) — 9. Si on examine bien les divers effets de l'ennui, on trouvera qu'il fait manquer à plus de devoirs que l'intérêt. (*La Rochef.*[9]) — 10. Laissez-leur prendre un pied chez vous, ils en auront bientôt pris quatre. (*La Font.*[10]) — 11. Si une pensée ou un ouvrage intéressent peu de personnes, peu en parleront. (*Vauven.*[11]) — 12. Si on ne regarde que certains ouvrages des meilleurs auteurs, on sera tenté de les mépriser. Pour les apprécier avec justice, il faut tout lire. (*Vauven.*[12]) — 13. Le plus grand philosophe du monde, sur une planche plus large qu'il ne faut, s'il y a au-dessous un précipice, quoique sa raison le convainque de sa sûreté, son imagination prévaudra. Plusieurs n'en pourraient soutenir la pensée sans pâlir et suer. (*Pasc.*[13]) — 14. Si les orateurs font une vive impression sur vous...., ils ont atteint le but de l'éloquence. (*Fén.*[14])

1. *Pensées*, I. — 2. *Pensées*, VI, 56. — 3. *Pensées*, XXIV, 54. — 4. *Maxim.*, 388. — 5. *Épit. dédicat.* — 6. *Fabl.*, VI, 15. — 7. *Hist. univ.*, III, 3. — 8. *Dial. Eloq.*, I. — 9. *Maxim.*, 172. — 10. *Fabl.*, II, 7. — 11. *Réflex. et Max.*, 11. — 12. *Réflex. et Max.*, 266. — 13. *Pensées*, III, 3. — 14. *Dial. Eloq.*, I.

CCXXIV

Si vocem haberes, nulla prior ales foret. (Gr. 497.)

1. Crassus, nisi eguisset, nunquam Euphraten nulla belli causa transire voluisset. (*Cic.*[1]) — 2. Somnum nobis, nisi requietem corporibus et medicinam quamdam laboris afferret, contra naturam putaremus datum; aufert enim sensus actionemque tollit omnem. (*Cic.*[2]) — 3. Sin autem caderet in sapientem ægritudo, caderet etiam iracundia : qua quoniam vacat, ægritudine etiam vacabit. (*Cic.*[3]) — 4. Si ista lex ideo lata esset, ut finiret libidinem muliebrem, verendum foret, ne abrogata incitaret; cur autem sit lata, ipsum indicabit tempus. Hannibal in Italia erat. (*Liv.*[4]) — 5. Quod ni ita se res haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus ad immortalitatem gloria niteretur. (*Cic.*[5]) — 6. Neque jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus et Nestori,... nisi jam tum esset honos eloquentiæ. (*Cic.*[6]) — 7. Cærimonias sepulchrorum maximis ingeniis præditi non tanta cura coluissent, nisi hæreret in eorum mentibus mortem non interitum esse, sed quamdam quasi migrationem vitæ. (*Cic.*[7]) — 8. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere possemus, haud erat sane quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. (*Cic.*[8]) — 9. Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si ulla in te pietas esset, colere debebas. (*Cic.*[9]) — 10. Si Romæ Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus. (*Cic.*[10]) — 11. Pompeius munitiones Cæsaris prohibere non poterat, nisi prœlio decertare vellet. (*Cæs.*[11]) — 12. Si victoria, præda, laus dubia essent, tamen omnes bonos rei publicæ subvenire decebat. (*Sall.*[12]) — 13. Vincebat auxilio loci paucitas, ni jugo circummissus Veiens in verticem collis evasisset. (*Liv.*[13]) — 14. Metellus Centuripinis, nisi statuas Verris restituissent, graviter minatur. (*Cic.*[14])

1. *Fin.*, III, 22, 75. — 2. *Fin.*, V, 19, 54. — 3. *Tusc.*, III, 9, 19. — 4. XXXIV, 6, 10. — 5. *Sen.*, 23, 82. — 6. *Brut.* ,10, 40. — 7. *Tusc.*, I, 12, 27. — 8. *Tusc.*, III, 1, 2. — 9. *Phil.*, II, 38, 99. — 10. *Man.*, 17, 50. — 11. *Civ.*, III, 44. — 12. *Jug.*, 85, 48. — 13. II, 50, 10. — 14. *Verr.*, Act. II, II, 67, 162.

CCXXIV

Si vocem haberes, nulla prior ales foret. (Gr. 497.)

1. Un homme qui a assez de bien pour vivre, s'il savait demeurer chez soi avec plaisir, n'en sortirait pas pour aller sur la mer ou au siège d'une place. (*Pasc.*[1]) — 2. Les États périraient si on ne faisait ployer les lois souvent à la nécessité. (*Pasc.*[2]) — 3. Si un animal faisait par esprit ce qu'il fait par instinct, et s'il parlait par esprit ce qu'il parle par instinct, pour la chasse, et pour avertir ses camarades que la proie est trouvée ou perdue, il parlerait bien aussi pour des choses où il a plus d'affection, comme pour dire : Rongez cette corde qui me blesse et où je ne puis atteindre. (*Pasc.*[3]) — 4. On n'aurait guère de plaisir si on ne se flattait jamais. (*La Rochef.*[4]) — 5. Si nous n'avions point d'orgueil, nous ne nous plaindrions pas de celui des autres. (*La Rochef.*[5]) — 6. O! combien le péril enrichirait les dieux, Si nous nous souvenions des vœux qu'il nous fait faire! (*La Font.*[6]) — 7. Si certains esprits vifs et décisifs étaient crus, ce serait encore trop que les termes pour exprimer les sentiments; il faudrait leur parler par signes, ou sans parler se faire entendre. (*La Bruy.*[7]) — 8. Si je fusse entré d'abord dans le Péloponèse, (disait Xerxès à Léonidas), toute la Grèce était dans les fers. Aucune ville, pas même la tienne, n'eût pu me résister. (*Fén.*[8]) — 9. On proscrirait moins de pensées d'un ouvrage, si on les concevait comme l'auteur. (*Vauven.*[9]) — 10. Les Gaulois gagnèrent la bataille d'Allia; c'était fait de Rome s'ils eussent poursuivi les Romains. (*Fén.*[10]) — 11. Si Camille n'eût étouffé son ressentiment pour sauver sa patrie, tout était perdu sans retour. (*Fén.*[11]) — 12. Antiochus pouvait bien embarrasser les Romains, s'il eût cru les conseils d'Annibal. (*Fén.*[12]) — 13. Chérile était estimé et chéri d'Alexandre, de qui il reçut une aussi grande récompense que s'il avait été un excellent poète. (*Roll.*[13])

1. *Pensées*, IV, 2. — 2. *Pensées*, XI, 6. — 3. *Pensées*, XXV, 11. — 4. *Maxim.*, 123. — 5. *Maxim.*, 34. — 6. *Fabl.*, IX, 13. — 7. *Caract.*, I. — 8. *Dial. des Morts*, 11. — 9. *Réflex. et Max.*, 8. — 10. *Dial. des Morts*, 34. — 11. *Dial. des Morts*, 34. — 12. *Dial. des Morts*, 37. — 13. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 1.

CCXXV

Dies deficiat, si velim omnia enumerare. (Gr. 498.)

1. Ne si jucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari, idque si accidat, mortis instar putemus. (*Cic.*[1]) — 2. Dies deficiat, si velim paupertatis causam defendere; aperta enim res est et cotidie nos ipsa natura admonet, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. (*Cic.*[2]) — 3. Ego si velim et nostræ civitatis exemplis uti et aliarum, plura proferre possim detrimenta publicis rebus quam adjumenta per homines eloquentissimos importata. (*Cic.*[3]) — 4. Mucius ignibus manum imposuit. Acerbum est uri : quanto acerbius, si id te faciente patiaris! (*Sen.*[4]) — 5. Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio; quæ, nisi sint ab oratore percepta et cognita, inanem quamdam habet elocutionem et pæne puerilem. (*Cic.*[5]) — 6. Mens quoque et animus, nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. (*Cic.*[6]) — 7. Si, quantum de quaque re dici potest, persequamur, finis operis non reperietur. (*Quint.*[7])

CCXXVI

Tentata res est, si urbs capi posset. (Gr. 499.)

1. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum : hanc si nostri transirent, hostes exspectabant; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis erant. (*Cæs.*[8]) — 2. Hernici Latinique, pudore etiam, non misericordia solum moti, si nec obstitissent communibus hostibus infesto agmine Romanam urbem petentibus, nec opem ullam obsessis sociis ferrent, conjuncto exercitu Romam pergunt. (*Liv.*[9]) — 3. Bucar, præmiorum ingentium spe oneratus, si caput Massinissæ retulisset, aut vivum (id vero inæstimabile gaudium fore) cepisset, Massinissam ipsum cum paucis in verticem montis compulit. (*Liv.*[10])

1. *Fin.*, V, 20, 55. — 2. *Tusc.*, V, 35, 102. — 3. *De Orat.*, I, 9, 38. — 4. *Ep.*, 24, 5. — 5. *De Orat.*, I, 6, 20. — 6, *Sen.*, 11, 36. — 7. I, *Proem.* 25. — 8. *Gal.*, II, 9, 1. — 9. III, 7, 4. — 10. XXIX, 32, 1.

CCXXV

Dies deficiat, si velim omnia enumerare. (Gr. 498.)

1. Ce serait chose plaisante si les malades guérissaient et qu'on m'en vînt remercier. (*Mol.*[1]) — 2. Petits princes, videz vos débats entre vous : De recourir aux rois vous seriez de grands fous. (*La Font.*[2]) — 3. Si vous aviez à former un État ou une république, en quoi voudriez-vous y perfectionner les esprits? (*Fén.*[3]) — 4. Si j'inventais un art chimérique, ou une langue imaginaire, dont on ne pût tirer aucun avantage, servirais-je le public en lui enseignant cet art ou cette langue? (*Fén.*[4]) — 5. Si ma mère m'avait abandonné et maltraité, pourrais-je la méconnaître et la combattre? Pourrais-je la mépriser et l'abandonner, si elle revenait à moi et me montrait un vrai déplaisir de m'avoir maltraité? (*Fén.*[5]) — 6. Si on ne disait aux sots que des vérités solides, ils ne les croiraient pas. (*Fén.*[6]) — 7. Chaque monarque tient sur pied toutes les armées qu'il pourrait avoir si ses peuples étaient en danger d'être exterminés. (*Montesq.*[7])

CCXXVI

Tentata res est, si urbs capi posset. (Gr. 499.)

1. Je ne donnerai ici que les règles de la première méthode, et encore au cas qu'on ait accordé les principes. (*Pasc.*[8]) — 2. César fait diverses tentatives pour voir si les Romains pourraient s'accoutumer au nom de roi : elles ne servent qu'à le rendre odieux. (*Boss.*[9]) — 3. L'officier nous interrogea pour tâcher de nous surprendre. (*Fén.*[10]) — 4. Comme chacun se promit secours l'un à l'autre en cas que les patriciens ne tinssent pas les paroles données, ce qui eût causé à tous les instants des séditions....., on jugea qu'il valait mieux créer une magistrature qui pût empêcher les injustices faites à un plébéien. (*Montesq.*[11])

1. *D. Juan*, III, 1. — 2. *Fabl.*, IV, 4. — 3. *Dial. Éloq.*, I. — 4. *Dial. Éloq.*, I. — 5. *Dial. des Morts*, 34. — 6. *Dial. des Morts*, 47. — 7. *Esprit des Lois*, XIII, 17. — 8. *Pensées*, I, 3. — 9. *Hist. univ.*, III, 7. — 10. *Télém.*, I. — 11. *Gr. et Décad.*, 8.

CCXXVII

Quod nisi esset, non venissem. — Si non feceris, ignoscam.
(Gr. 500.)

1. Quid quod eadem mente res dissimillimas comprehendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum? quæ nunquam quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, et is omnium judex solus esset? (*Cic.*[1]) — 2. Vitis, quæ natura caduca est, et, nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem, ut se erigat, claviculis suis, quidquid est nacta, complectitur. (*Cic.*[2]) — 3. Nisi deus is, cujus hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. (*Cic.*[3]) — 4. De re nihil possum judicare, nisi illud mihi persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse. (*Cic.*[4]) — 5. Parvulum differt patiaris adversa an exspectes : nisi quod tamen est dolendi modus, non est timendi. (*Plin.-J.*[5]) — 6. Nihil mihi gratius facere potest; nisi tamen id erit mihi gratissimum, si quæ tibi mandavi, confeceris. (*Cic.*[6]) — 7. Quis Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam cælo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit? (*Tac.*[7]) — 8. His de rebus, quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. (*Cic.*[8]) — 9. Vides, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius, sin emolumento, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. (*Cic.*[9]) — 10. Decem illi, quos juratos ad senatum misit Hannibal, se in castra redituros ea, quorum erant potiti Pœni, nisi de redimendis captivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi. (*Cic.*[10]) — 11. Si vos non tenent fœdera vestra, nisi ex auctoritate aut jussu vestro icta, ne nos quidem Hasdrubalis fœdus, quod nobis insciis icit, obligare potuit. (*Liv.*[11]) — 12. Præceperat Athenagoræ et equitibus, ut, si aperto prœlio procederet res, uterentur fortuna; si minus, cedendo sensim ad insidiarum locum hostem pertraherent. (*Liv.*[12])

1. *Tusc.*, I, 20, 46. — 2. *Sen.*, 15, 52. — 3. *Rep.*, VI, 15, 15. — 4. *Fam.*, XIII, 73. — 5. *Ep.*, 8, 17, 6. — 6. *Att.*, V, 14, 3. — 7. *Germ.* 2. — 8. *Fam.*, V, 12, 10. — 9. *Fin.*, II, 26, 85. — 10. *Off.*, III, 32, 113. — 11. XXI, 18, 11. — 12. XXXI, 36, 2.

CCXXVII

Quod nisi esset, non venissem. — Si non feceris, ignoscam. (Gr. 500.)

1. Si les médecins n'avaient des soutanes et des mules, et que les docteurs n'eussent des bonnets carrés et des robes trop amples de quatre parties, jamais ils n'auraient dupé le monde, qui ne peut résister à cette montre si authentique. (*Pasc.*[1]) — 2. Les hommes ne vivraient pas longtemps en société s'ils n'étaient les dupes les uns des autres. (*La Rochef.*[2]) — 3. Si nous ne nous flattions pas nous-mêmes, la flatterie des autres ne nous pourrait nuire. (*La Rochef.*[3]) — 4. Nous élevons la gloire des uns pour abaisser celle des autres; et quelquefois on louerait moins monsieur le Prince et monsieur de Turenne si on ne les voulait point blâmer tous deux. (*La Rochef.*[4]) — 5. La vertu n'irait pas si loin si la vanité ne lui tenait compagnie. (*La Rochef.*[5]) — 6. La vérité est le fondement et la raison de la perfection et de la beauté; une chose, de quelque nature qu'elle soit, ne saurait être belle et parfaite si elle n'est véritablement tout ce qu'elle doit être et si elle n'a tout ce qu'elle doit avoir. (*La Rochef.*[6]) — 7. Toute puissance est faible, à moins que d'être unie. (*La Font.*[7]) — 8. Vous serez toujours un orateur très imparfait, si vous n'êtes pénétré des sentiments que vous voulez peindre et inspirer aux autres. (*Fén.*[8]) — 9. Les hommes seraient pires que les bêtes, si la solide philosophie et la vraie religion ne les soutenaient. (*Fén.*[9]) — 10. Si Néron n'eût défait Asdrubal avant qu'il pût se joindre à son frère, tout était perdu. (*Fén.*[10]) — 11. La ville (de Rome) n'avait pas même de rues, si l'on n'appelle de ce nom la continuation des chemins qui y aboutissaient. (*Montesq.*[11]) — 12. Un gouvernement libre, c'est-à-dire toujours agité, ne saurait se maintenir, s'il n'est, par ses propres lois, capable de correction. (*Montesq.*[12])

1. *Pensées*, III, 3. — 2. *Maxim.*, 87. — 3. *Maxim.*, 152. — 4. *Maxim.*, 198. — 5. *Maxim.*, 200. — 6. *Maxim.*, 1er supplém., 51. — 7. *Fabl.*, IV, 18. — 8. *Dial. Éloq.*, II. — 9. *Dial. des Morts*, 6. — 10. *Dial. des Morts*, 37. — 11. *Gr. et Décad.*, 1. — 12. *Gr. et Décad.*, 8.

CCXXVIII

Sive loquebatur, sive tacebat. (Gr. 501.)

1. Si ex æternitate verum hoc fuit « Ex isto morbo convalesces », sive adhibueris medicum sive non adhibueris, convalesces; itemque si ex æternitate falsum hoc fuit, « Ex isto morbo convalesces », sive adhibueris medicum sive non adhibueris, non convalesces. (*Cic.*[1]) — 2. Sive Sulla, sive Marius, sive uterque, sive Octavius, sive Cinna, sive qui alius civile bellum optavit, eum detestabilem civem rei publicæ natum judico. (*Cic.*[2]) — 3. Ita, sive animi dissipantur, procul a terris id advenit, sive permanent et conservant habitum suum, hoc etiam magis necesse est ferantur ad cælum. (*Cic.*[3]) — 4. Thymœtes Duci intra muros hortatur et arce locari, Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant. (*Virg.*[4]) — 5. In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus, anteibat capite detecto, seu sol, seu imber esset. (*Suet.*[5]) — 6. Sin alios fines aliamque capessere gentem Est animus,... Bis denas Italo texamus robore naves, Seu plures complere valent; jacet omnis ad undam materies. (*Virg.*[6])

CCXXIX

Reluctante natura, irritus labor est. (Gr. 502.)

1. Maximam voluptatem habemus Epicurei, quæ percipitur omni dolore detracto. (*Cic.*[7]) — 2. Maximas virtutes jacere omnes necesse est, voluptate dominante. (*Cic.*[8]) — 3. Docet Socrates quemvis, qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem declarare se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. (*Cic.*[9]) — 4. Contempto honore, contempta etiam pecunia, quid relinquitur quod extimescendum sit? (*Cic.*[10]) — 5. Mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis venia opus fuit : quam non petissem, ni incursaturus tam sæva et infesta virtutibus tempora. (*Tac.*[11])

1. *Fat.*, 13, 29.— 2. *Phil.*, XIII, 1, 1. — 3. *Tusc.*, I, 18, 42. — 4. *Æn.*, II, 32. — 5. *Cæs.*, 57. — 6. *Æn.*, XI, 326. — 7. *Fin.*, I, 11, 37. — 8. *Fin.*, II, 35, 117. — 9. *Tusc.*, I, 24, 57. — 10. *Tusc.*, V, 37, 106. — 11. *Agr.*, 2.

CCXXVIII

Sive loquebatur, sive tacebat. (Gr. 501.)

1. Soit qu'il soit fidèle, soit qu'il ne le soit pas, l'Église le considère toujours, ou comme étant l'un de ses enfants, ou comme étant capable de l'être. (*Pasc.*[1]) — 2. Juvénal, élevé dans les cris de l'école, Poussa jusqu'à l'excès sa mordante hyperbole, Soit que sur un écrit arrivé de Caprée, Il brise de Séjan la statue adorée; Soit qu'il fasse au conseil courir les sénateurs, D'un tyran soupçonneux pâles admirateurs. (*Boil.*[2]) — 3. Hérodote avait promis une histoire particulière des Assyriens, que nous n'avons pas, soit qu'elle ait été perdue, ou qu'il n'ait pas eu le temps de la faire. (*Boss.*[3]) — 4. Xerxès fut tué par Artaban, son capitaine des gardes, soit que ce perfide voulût occuper le trône de son maître, ou qu'il craignît les rigueurs d'un prince dont il n'avait pas exécuté assez promptement les ordres cruels. (*Boss.*[4]) — 5. Soit que je fusse manichéen, soit que je fusse catholique, soit que je ne fusse rien du tout, ma raison me disait que je n'étais pas ce que je devais être. (*Bourdal.*[5])

CCXXIX

Reluctante natura, irritus labor est. (Gr. 502.)

1. Un homme d'esprit serait souvent bien embarrassé sans la compagnie des sots. (*La Rochef.*[6]) — 2. Il n'y a presque point de terres qui soient entièrement ingrates, si l'homme ne se lasse point de la remuer pour l'exposer au soleil, et s'il ne lui demande que ce qu'elle est propre à porter. (*Fén.*[7]) — 3. En possédant les cœurs, Baléazar possède plus de trésors que son père n'en avait amassé par son avarice cruelle : car il n'y a aucune famille qui ne lui donnât tout ce qu'elle a de biens s'il se trouvait dans une pressante nécessité : ainsi, ce qu'il leur laisse est plus à lui que s'il le leur ôtait. (*Fén.*[8])

1. *Prov.*, 14. — 2. *Art poét.*, II, 157. — 3. *Hist. univ.*, I,7. — 4. *Hist. univ.*, I, 8. — 5. *Jugem. dernier*, 1er Avent. — 6. *Maxim.*, 140. — 7. *Exist. de Dieu*, I. — 8. *Télém.*, VII.

CCXXX

Phocion fuit pauper, cum ditissimus esse posset. (Gr. 503.)

1. Cum ita connexæ sint virtutes, ut omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari, tamen proprium suum cujusque munus est. (*Cic.*[1]) — 2. Mihi quidem videntur homines, cum multis rebus humiliores et infirmiores sint, hac re maxime bestiis præstare, quod loqui possunt. (*Cic.*[2]) — 3. Socrati ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam reliquisset. (*Cic.*[3]) — 4. Druentia flumen, cum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est. (*Liv.*[4]) — 5. In comœdia maxime claudicamus, licet Cæcilium veteres laudibus ferant, licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur. (*Quint.*[5]) — 6. Sollicitus est et incertus sui quem spes aliqua proritat, licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet nunquam illum sperata deceperint. (*Sen.*[6])

CCXXXI

Medici, quanquam sæpe intelligunt, non dicunt. (Gr. 504.)

1. Quanquam omnis virtus nos ad te allicit, tamen id justitia et liberalitas id maxime efficit. (*Cic.*[7]) — 2. Exstitit Isocrates, magnus orator et perfectus magister, quanquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo meo quidem judicio est postea consecutus. (*Cic.*[8]) — 3. Quanquam sensus abierit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriæ... mortui non carent. (*Cic.*[9]) — 4. Tametsi ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem salutis in virtute ponebant. (*Cæs.*[10]) — 5. Ad ea Jugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat et ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benigne respondit. (*Sall.*[11]) — 6. Metello Numidia evenerat acri viro, et quanquam advorso populi partium, fama tamen æquabili et inviolata. (*Sall.*[12])

1. *Fin.*, V, 23, 67. — 2. *Inv.*, I, 4, 5. — 3. *De Orat.*, III, 16, 60. — 4. XXI, 31, 10. — 5. X, 1, 99. — 6. *Ep.*, 23, 2. — 7. *Off.*, I, 17, 56. — 8. *Brut.*, 8, 32. — 9. *Tusc.*, I, 45, 109. — 10. *Gal.*, V, 34. 2. — 11. *Jug.*, 11, 1. — 12. *Jug.*, 43, 1.

CCXXX

Phocion fuit pauper, cum ditissimus esse posset. (Gr. 503.)

1. Malgré la vue de toutes nos misères, qui nous touchent, qui nous tiennent à la gorge, nous avons un instinct que nous ne pouvons réprimer, qui nous élève. (*Pasc.*[1]) — 2. Quoique les hommes se flattent de leurs grandes actions, elles ne sont pas souvent les effets d'un grand dessein, mais des effets du hasard. (*La Rochef.*[2]) — 3. Quoique l'on paraisse éloigné des passions, on n'est pas moins en danger de s'y laisser emporter que de tomber malade quand on se porte bien. (*La Rochef.*[3]) — 4. On ne fait point de distinction dans les espèces de colère, bien qu'il y en ait une légère et quasi innocente, qui vient de l'ardeur de la complexion, et une autre très criminelle, qui est à proprement parler la fureur de l'orgueil. (*La Rochef.*[4]) — 5. Probus fut forcé par les soldats à recevoir l'empire, encore qu'il les menaçât de les faire vivre dans l'ordre. (*Boss.*[5])

CCXXXI

Medici, quanquam sæpe intelligunt, non dicunt. (Gr. 504.)

1. Peu d'amitiés subsisteraient, si chacun savait ce que son ami dit de lui lorsqu'il n'y est pas, quoiqu'il en parle alors sincèrement et sans passion. (*Pasc.*[6]) — 2. Quant à la liberté, Xantus ne se pouvait résoudre à la donner à Ésope, encore qu'il la lui promît en diverses occasions. (*La Font.*[7]) — 3. Les Grecs et les Romains ont célébré la magnificence et la grandeur de Thèbes (d'Égypte), encore qu'ils n'en eussent vu que les ruines : tant les restes en étaient augustes. (*Boss.*[8]) — 4. Les Mèdes avant Cyrus, quoique puissants et considérables, étaient effacés par la grandeur des rois de Babylone. (*Boss.*[9]) — 5. Sophocle et Euripide illustrèrent beaucoup le théâtre athénien par des pièces également admirables, quoique d'un style bien différent. (*Roll.*[10])

1. *Pensées*, II, 4. — 2. *Maxim.*, 57. — 3. *Maxim.*, 188. — 4. *Maxim.*, 1er supplém., 30. — 5. *Hist. univ.*, I, 10. — 6. *Pensées*, II, 8. — 7. *Vie d'Ésope.* — 8. *Hist. univ.*, III, 3. — 9. *Hist. univ.*, I, 7. — 10. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2.

CCXXXII

Quamvis sis potens, tamen vinceris. (Gr. 505.)

1. Epicuri præcepta funditus evertunt amicitiam, quamvis eam Epicurus, ut facit, in cælum efferat laudibus. (*Cic.*[1]) — 2. Quod turpe est, id, quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest. (*Cic.*[2]) — 3. Quamvis dicant : « Legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur, » tamen legatorum nomen ipsum et animos hominum molliet et belli celeritatem morabitur. (*Cic.*[3]) — 4. Mihi Cn. et P. Scipiones et avi tui duo, L. Æmilius et P. Africanus, comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur, nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atque dejecerint. (*Cic.*[4]) — 5. Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? (*Cic.*[5]) — 6. Senectus, quamvis non sit gravis, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam nunc erat Scipio. (*Cic.*[6]) — 7. Nihil agis dolor! Quamvis sis molestus, nunquam te confitebor esse malum. (*Cic.*[7]) — 8. C. Cæsar, cum scrinia deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum ab iis, qui videbantur aut in diversis, aut in neutris fuisse partibus, combussit : quamvis moderate soleret irasci, maluit tamen non posse. (*Sen.*[8]) — 9. Boni etiam farre ac fitilla religiosi sunt; mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint. (*Sen.*[9]) — 10. Sapiens ita formatus est, ut illi nec amor vitæ nec odium sit, patiturque mortalia, quamvis sciat ampliora superesse. (*Sen.*[10]) — 11. Fuit in Cæsare ingenium, ratio, memoria, litteræ, cura, cogitatio, diligentia; res bello gesserat quamvis rei publicæ calamitosas, attamen magnas. (*Cic.*[11]) — 12. Externus timor, maximum concordiæ vinculum, quamvis suspectos infestosque, inter se jungebat animos. (*Liv.*[12]) — 13. ...Quondam gracili modulatus avena Carmen, et, egressus silvis, vicina coegi Ut quamvis avido parerent arva colono. (*Virg.*[13])

1. *Fin.*, II, 25, 80. — 2. *Off.*, III, 19, 78. — 3. *Phil.*, V, 9, 26. — 4. *Sen.*, 9, 29. — 5. *Sen.*, 19, 67. — 6. *Amic.*, 3, 11. — 7. *Tusc.*, II, 25, 61. — 8. *Ir.*, II, 23, 4. — 9. *Ben.*, I, 6, 3. — 10. *Ep.*, 65, 18. — 11. *Phil.*, II, 45, 116. — 12. II, 39, 7. — 13. *Æn.*, I, 1.

§ CCXXXII

Quamvis sis potens, tamen vinceris. (Gr. 505.)

1. Quelque défiance que nous ayons (A quelque degré que nous nous défiions) de la sincérité de ceux qui nous parlent, nous croyons toujours qu'il nous disent plus vrai qu'aux autres. (*La Rochef.*[1]) — 2. La grâce de la nouveauté et la longue habitude, quelque opposées qu'elles soient, nous empêchent également de sentir les défauts de nos amis. (*La Rochef.*[2]) — 3. Quelque disposition qu'ait (Quelque disposé que soit) le monde à mal juger, il fait encore plus souvent grâce au faux mérite qu'il ne fait injustice au véritable. (*La Rochef.*[3]) — 4. Quelque méchants que soient les hommes, ils n'oseraient paraître ennemis de la vertu. (*La Rochef.*[4]) — 5. Les défauts de l'âme sont comme les blessures du corps : quelque soin qu'on prenne de les guérir, la cicatrice paraît toujours, et elles sont à tout moment en danger de se rouvrir. (*La Rochef.*[5]) — 6. Quelque scrupuleuse exactitude que l'on ait dans sa manière d'écrire, la raillerie froide des mauvais plaisants est un mal inévitable. (*La Bruy.*[6]) — 7. Tout discours qui vous laissera froid, qui ne fera qu'amuser votre esprit, et qui ne remuera point vos entrailles, votre cœur, quelque beau qu'il paraisse, ne sera point éloquent. (*Fén.*[7]) — 8. Cicéron, tout habile qu'il était déjà, se rendit le disciple de Molon, et se crut heureux et fort honoré de recevoir ses leçons. (*Roll.*[8]) — 9. Quoique jeune encore, Caton faisait lui-même l'admiration de tous ceux qui le connaissaient. (*Roll.*[9]) — 10. C'est une politique utile, mais bornée, de se déterminer toujours par le présent, et de préférer le certain à l'incertain, quoique moins flatteur; et ce n'est pas ainsi que les États s'élèvent, ni même les particuliers. (*Vauven.*[10]) — 11. Nous sommes tellement occupés de nous et de nos semblables, que nous ne faisons pas la moindre attention à tout le reste, quoique sous nos yeux et autour de nous. (*Vauven.*[11])

1. *Maxim.*, 366. — 2. *Maxim.*, 426. — 3. *Maxim.*, 455. — 4. *Maxim.*, 489. — 5. *Maxim.*, 194. — 6. *Caract.*, I. — 7. *Dial. Éloq.*, I. — 8. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 9. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 1. — 10. *Réflex. et Max.*, 558. — 11. *Réflex. et Max.*, 536.

CCXXXIII

Etsi tacebis, agnoscetur verum. — Etiamsi taceant, satis dicunt. (Gr. 506.)

1. Dolor metuetur semper, etiamsi non aderit : jam enim adesse poterit. (*Cic.*[1]) — 2. Quis honesta in familia... educatus ingenue non ipsa turpitudine, etiamsi eum læsura non sit, offenditur? (*Cic.*[2]) — 3. Etsi nihil habet in se gloria cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra sequitur. (*Cic.*[3]) — 4. Animo multis modis variisque delectari licet, etiamsi non adhibeatur aspectus. (*Cic.*[4]) — 5. Homeri etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum; si quidem non infra Lycurgum fuit. (*Cic.*[5]) — 6. Viri boni multa ob eam unam causam faciunt, quia honestum est, etsi nullum consecuturum emolumentum vident. (*Cic.*[6]) — 7. Equidem, etiamsi oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis. (*Cic.*[7]) — 8. De nobis etsi non iniquum, certe triste senatus consultum factum est. (*Liv.*[8])

CCXXXIV

Soli animalium bibimus non sitientes. (Gr. 507.)

1. Bestiis ipsa terra fundit ex sese pastus varios, nihil laborantibus; nobis autem aut vix aut ne vix quidem suppetunt, multo labore quærentibus. (*Cic.*[9]) — 2. Ibi vehementissime perturbatus Lentulus, tamen et signum suum et manum cognovit. (*Cic.*[10]) — 3. Eo pertinet oratio, ut perditis omnibus rebus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur. (*Cic.*[11]) — 4. Quid est tam secundum naturam, quam senibus emori? quod idem contingit adolescentibus adversante et repugnante natura. (*Cic.*[12]) — 5. Non quanquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocentur. (*Quint.*[13]) — 6. Pueri, intra biennium quam verba recte formare potuerunt, quamvis nullo instante, omnia fere loquuntur. (*Quint.*[14])

1. *Fin.*, II, 28, 92. — 2. *Fin.*, III, 11, 38. — 3. *Tusc.*, I, 45, 109. — 4. *Tusc.*, V, 38, 111. — 5. *Brut.*, 10, 40. — 6. *Fin.*, II, 14, 45. — 7. *Fam.*, IV, 7, 4. — 8. XXV, 6, 2. — 9. *Fin.*, II, 34, 111. — 10. *Cat.*, III, 5, 12. — 11. *Fam.*, VI, 1, 4. — 12. *Sen.*, 19, 71. — 13. VII, *Præm.*, 2. — 14. I, 12, 9.

CCXXXIII

Etsi tacebis, agnoscetur verum. — Etiamsi taceant, satis dicunt. (Gr. 506.)

1. Les passions ont une injustice et un propre intérêt, qui fait qu'il est dangereux de les suivre, et qu'on s'en doit défier, lors même qu'elles paraissent les plus raisonnables. (*La Rochef.*[1].) —. 2. Quand même il dirait tout ce qu'il faut dire, croirait-on ce que dirait un homme qui ne paraîtrait pas le croire lui-même? (*Fén.*[2]) — 3. Apollon lui-même dût-il chanter un jour vos victoires, son chant ne vous guérirait point de vos peines, et ne vous garantirait point de la mort. (*Fén.*[3]) — 4. Socrate avait raison quand il soutenait à Gorgias « que l'éloquence n'était pas une si belle chose qu'il pensait, dût-elle arriver à sa fin et rendre un homme maître absolu dans sa république ». (*Fén.*[4]) — 5. Quand même Ulysse retournerait plein de gloire dans son royaume, il n'aura jamais de joie de m'y revoir. (*Fén.*[5])

CCXXXIV

Soli animalium bibimus non sitientes. (Gr. 507.)

1. Dejocès, quoique battu par les Assyriens, laissa son royaume en état de s'accroître sous ses successeurs. (*Boss.*[6]) — 2. Saint Augustin, contre la règle commune, fut engagé, n'étant encore que prêtre, à prêcher, parce que Valérius, son prédécesseur, était un étranger qui ne parlait pas facilement. (*Fén.*[7]) — 3. Caton se sentait pénétré d'admiration pour Manius Curius Dentatus, qui, étant devenu le plus grand des Romains, ayant vaincu les nations les plus belliqueuses et chassé Pyrrhus de l'Italie, cultivait lui-même un petit coin de terre. (*Roll.*[8]) — 4. Dans toute la vie de Sylla, on voit un esprit républicain; tous ses réglements, quoique tyranniquement exécutés, tendent toujours à une certaine forme de république. (*Montesq.*[9])

1. *Maxim.*, 9. — 2. *Dial. Éloq.*, I. — 3. *Dial. des Morts*, 6. — 4. *Dial. des Morts*, 33. — 5. *Télém.*, II. — 6. *Hist. univ.*, I, 7. — 7. *Dial. Éloq.*, III. — 8. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 1. — 9. *Gr. et Décad.*, 13.

CCXXXV

Quodcunque consilium cepi, vituperor. (Gr. 508.)

1. Plurimi infirmissimo tempore ætatis de rebus incognitis judicant, et, ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt. (*Cic.*[1]) — 2. Natura, quidquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quidque genere perfectum esse voluit. (*Cic.*[2]) — 3. Quidquid ejusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo fit plerumque tanta contentio, ut difficillimum sit servare sanctam societatem. (*Cic.*[3]) — 4. L. Turius parvo ingenio, sed multo labore, quoquo modo poterat, sæpe dicebat. (*Cic.*[4]) — 5. Hoc quidem præceptum, cujuscunque est, ad tollendam amicitiam valet. (*Cic.*[5]) — 6. Ille, qualiscunque est, collegit ipse se vix, sed collegit tamen. (*Cic.*[6]) — 7. Totum hoc, quantumcunque est (quod certe maximum est), totum est, inquam, tuum. (*Cic.*[7]) — 8. Stet hæc urbs præclara, mihique patria carissima, quoquo modo erit merita de me. (*Cic.*[8]) — 9. Nam quotcunque ferunt campi, quos Thessala magnis Montibus ora creat.... Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis (Chiron). (*Cat.*[9]) — 10. Qualescunque sumus, tamen hæc, quæ passi sumus, pati non debuimus. (*Liv.*[10]) — 11. Subeatur ista, quantacunque est, indignitas; et pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. (*Liv.*[11]) — 12. Non puto pauperem, cui, quantulumcunque superest, sat est. (*Sen.*[12]) — 13. Nomenclatori memoriæ loco audacia est; et, cuicunque nomen non potest reddere, imponit. (*Sen.*[13]) — 14. Laudemus eum cui, quantulumcunque temporis contigit, bene collocatum est. (*Sen.*[14]) — 15. Quemadmodum stomachus morbo vitiatus, et colligens bilem, quoscunque accepit cibos, mutat, et omne alimentum in causam doloris trahit; ita animus cæcus, quidquid illi commiseris, id onus suum et perniciem facit. (*Sen.*[15])

1. *Ac.*, II, 2, 8. — 2. *Tusc.*, V, 13, 37. — 3. *Off.*, I, 8, 26. — 4. *Brut.*, 67, 237. — 5. *Amic.*, 16, 60. — 6. *Pis.*, 12, 27. — 7. *Marc.*, 2, 7. — 8. *Mil.*, 34, 93. — 9. 64, 280. — 10. XXIX, 17, 4, 11. — 11. IX, 4. — 12. *Ep.*, 1, 5. — 13. *Ben*, I, 3, 10. — 14. *Ep.*, 93, 5. — 15. *Ben.*, V, 12, 6.

CCXXXV

Quodcunque consilium cepi, vituperor. (Gr. 508.)

1. Quelque possession que l'homme ait sur la terre, quelque santé et commodité essentielle qu'il ait, il n'est pas satisfait s'il n'est dans l'estime des hommes. (*Pasc.*[1]) — 2. L'homme, quelque plein de tristesse qu'il soit, si l'on peut gagner sur lui de le faire entrer en quelque divertissement, le voilà heureux pendant ce temps-là. (*Pasc.*[2]) — 3. Tous les hommes recherchent d'être heureux; cela est sans exception. Quelques différents moyens qu'ils y emploient, ils tendent tous à ce but. (*Pasc.*[3]) — 4. Quelque condition qu'on se figure, si l'on assemble tous les biens qui peuvent nous appartenir, la royauté est le plus beau poste du monde. (*Pasc.*[4]) — 5. Quelque différence qui paraisse entre les fortunes, il y a néanmoins une certaine compensation de biens et de maux qui les rend égales. (*La Rochef.*[5]) — 6. Quel que soit le plaisir que cause la vengeance, C'est l'acheter trop cher que l'acheter d'un bien Sans qui les autres ne sont rien. (*La Font.*[6]) — 7. Chez les Égyptiens, tous les métiers, jusqu'aux moindres, étaient en estime, et on ne croyait pas pouvoir sans crime mépriser les citoyens dont les travaux, quels qu'ils fussent, contribuaient au bien public. (*Boss.*[7]) — 8. Quelque effort que fassent les hommes, leur néant paraît partout. Ces pyramides étaient des tombeaux; encore les rois qui les ont bâties n'ont-ils pas eu le pouvoir d'y être inhumés. (*Boss.*[8]) — 9. Il faut sentir la passion pour la bien peindre; l'art, quelque grand qu'il soit, ne parle point comme la passion véritable. (*Fén.*[9]) — 10. Chez les rhéteurs grecs, quelque médiocrité de mérite qu'ils eussent, outre l'exercice de la parole qui fait proprement leur profession, il y avait un fonds de connaissances solides. (*Roll.*[10]) — 11. Toute pièce écrite en vers hexamètres et pentamètres a été appelée élégie, quel qu'en fût le sujet, gai ou triste. (*Roll.*[11])

1. *Pensées*, I, 5. — 2. *Pensées*, IV, 2. — 3. *Pensées*, VIII, 2. — 4. *Pensées*, IV, 2. — 5. *Maxim.*, 52. — 6. *Fabl.*, IV, 13. — 7. *Hist. univ.*, III, 3. — 8. *Hist. univ.*, III, 3. — 9. *Dial. Eloq.*, II. — 10. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 11. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 1.

CCXXXVI

Eo nuntio ita movetur, ut æger sit. (Gr. 509.)

1. Ea est et in ipsis rebus obscuritas et in judiciis nostris infirmitas, ut non sine causa antiquissimi et doctissimi invenire se posse quod cuperent diffisi sint. (*Cic.*[1]) — 2. Extremum et ultimum bonorum, omnium philosophorum sententia, tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. (*Cic.*[2]) — 3. Qui deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate et dissensione, ut eorum molestum sit dinumerare sententias. (*Cic.*[3]) — 4. Exercendum corpus et ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in labore tolerando. (*Cic.*[4]) — 5. Tanta vis admonitionis inest in locis, ut non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. (*Cic.*[5]) — 6. Nullum est animal tam horrendum, tamque perniciosum natura, ut non appareat in illo, simul ira invasit, nova feritatis accessio. (*Sen.*[6]) — 7. Philosophia tantum abest ut proinde ac de hominum est vita merita laudetur, ut a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. (*Cic.*[7]) — 8. Tantum abfuit, ut periculosum rei publicæ M. Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum rei publicæ præsidium poneret. (*Cic.*[8]) — 9. Vix in ipsis tectis frigus infirma valetudine vitatur : nedum in mari sit facile abesse ab injuria temporis. (*Cic.*[9]) — 10. Querebantur consules bellicosos ambo, viros acres nimis et feroces, creatos, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri. (*Liv.*[10]) — 11. Quis est qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur, in omnium rerum abundantia vivere? (*Cic.*[11]) — 12. Bellum ita suspiciatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita videatur. (*Cic.*[12]) — 13. Minucius, qui sciret ita se in provincia rem augere oportere, ut ne quid de libertate deperderet, homini quæ visa sunt, et quæ tempus illud tulit et causa, respondit. (*Cic.*[13])

1. *Ac.*, II, 3, 7. — 2. *Fin.*, I, 9, 29. — 3. *Nat.*, I, 1, 2. — 4. *Off.*, I, 23, 79. — 5. *Fin.*, V, 1, 2. — 6. *Ir.*, I, 1, 6. — 7. *Tusc.*, V, 2, 6. — 8. *Phil.*, X, 8, 17. — 9. *Fam.*, XVI, 8, 2. — 10. XXVI, 26, 11. — 11. *Amic.*, 15, 52. — 12. *Off.*, I, 23, 80. — 13. *Verr.*, II, 2, 30, 73.

CCXXXVI

Eo nuntio ita movetur, ut æger sit. (Gr. 509.)

1. Nous sommes si vains, que l'estime de cinq ou six personnes qui nous environnent nous amuse et nous contente. (*Pasc.*[1]) — 2. L'apologue est quelque chose de si divin, que plusieurs personnages de l'antiquité ont attribué la plus grande partie de ces fables à Socrate. (*La Font.*[2]) — 3. La nature fit naître Ésope difforme et laid de visage, ayant à peine figure d'homme, jusqu'à lui refuser presque entièrement l'usage de la parole. (*La Font.*[3]) — 4. Peindre, c'est non seulement décrire les choses, mais en représenter les circonstances d'une manière si vive et si sensible, que l'auditeur s'imagine presque les voir. (*Fén.*[4]) — 5. Tant s'en faut que d'avoir ouï dire une chose soit la règle de votre créance, que vous ne devez rien croire sans vous mettre en l'état comme si jamais vous ne l'aviez ouï. C'est le consentement de vous à vous-même, et la voix constante de votre raison, et non des autres, qui vous doit faire croire. (*Pasc.*[5]) — 6. Tant s'en faut que cette matière soit épuisée, qu'il reste encore plus de fables à mettre en vers que je n'en ai mis. (*La Font.*[6]) — 7. La raison, au lieu de nous inspirer le mépris de la mort, sert à nous découvrir ce qu'elle a d'affreux et de terrible. (*La Rochef.*[7]) — 8. Loin d'épuiser une matière, On n'en doit prendre que la fleur. (*La Font.*[8]) — 9. La cruauté et la perfidie, bien loin de diminuer les périls, les augmentent sans mesure. (*Fén.*[9]) — 10. Il n'y a guère d'occasion où l'on fît un méchant marché de renoncer au bien qu'on dit de nous à condition de n'en dire point de mal. (*La Rochef.*[10]) — 11. J'étais roi, dit Léonidas, à condition de mener une vie dure, sobre et laborieuse, comme mon peuple. (*Fén.*[11]) — 12. Un poète avait présenté à Sylla des vers pitoyables. Sylla lui fit donner une récompense, à condition qu'il ne ferait jamais de vers. (*Roll.*[12])

1. *Pensées*, II, 5. — 2. *Fabl.*, Préface. — 3. *Vie d'Ésope*. — 4. *Dial.*, *Éloq.*, II. — 5. *Pensées*, XXV, 49. — 6. *Fabl.*, Préface. — 7. *Maxim.*, 504. — 8. *Fabl.*, VI, Épilogue. — 9. *Dial. des Morts*, 56. — 10. *Maxim.*, 454. — 11. *Dial. des Morts*, 11. — 12. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 1.

CCXXXVII

Dies nullus est quin veniat. (Gr. 510.)

1. Adhibita exercitatione et arte, quis est quin cernat, quanta vis sit in sensibus? (*Cic.*[1]) — 2. Nemo est quin hanc affectionem animi probet atque laudet, qua non modo utilitas nulla quæritur, sed contra utilitatem etiam conservatur fides. (*Cic.*[2]) — 3. Quis est quin intelligat et eos qui fecerint, dignitatis splendore ductos immemores fuisse utilitatum suarum, nosque, cum ea laudemus, nulla alia re nisi honestate duci? (*Cic.*[3]) — 4. Hortensius nullum patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum. Sæpissime autem eodem die utrumque faciebat. (*Cic.*[4]) — 5. Equidem nunquam domum misi unam epistolam, quin esset ad te altera; nec mihi est te jucundius quidquam nec carius. (*Cic.*[5]) — 6. Quis unquam templum illud aspexit, quin avaritiæ tuæ testis esset? Quis in circum maximum venit, quin is unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur? (*Cic.*[6]) — 7. Neque ullum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine Cæsaris intercessit, quin aliquem de consiliis Gallorum nuntium acciperet. (*Cæs.*[7])

CCXXXVIII

Tales sumus ut jure laudemur. (Gr. 511.)

1. Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit unius hominis causa conscriptum esse, tantum quod hominem non nominat. (*Cic.*[8]) — 2. Habetis eum consulem, qui et parere vestris decretis non dubitet, et ea quæ statueritis, quoad vivet, defendere possit. (*Cic.*[9]) — 3. Innocentia est affectio talis animi, quæ noceat nemini. (*Cic.*[10]) — 4. Talem te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium tui dissimillimorum societate sejungas; deinde te senatui bonisque omnibus auctorem, ducem præbeas. (*Cic.*[11])

1. *Ac.*, II, 7, 20. — 2. *Fin.*, V, 22, 63. — 3. *Fin.*, V, 22, 64. — 4. *Brut.*, 88, 302. — 5. *Fam.*, II, 10, 1. — 6. *Verr.*, Act. II, I, 59, 154. — 7. *Gal.*, V, 53, 5. — 8. *Verr.*, Act. II, I, 45, 116. — 9. *Cat.*, IV, 11, 24. — 10. *Tusc.*, III, 8, 16. — 11. *Fam.*, X, 6, 3.

CCXXXVII

Dies nullus est quin veniat. (Gr. 510.)

1. J'ai déjà dit que je tiens impossible de choisir une place publique pour le lieu de la scène, que cet inconvénient n'arrive. (*Corn.*[1]) — 2. Une des choses qui fait que l'on trouve si peu de gens qui paraissent raisonnables et agréables dans la conversation, c'est qu'il n'y a presque personne qui ne pense plutôt à ce qu'il veut dire qu'à répondre précisément à ce qu'on lui dit. (*La Rochef.*[2]) — 3. Vous ne sauriez lire Démosthène sans voir qu'il porte la république dans le fond de son cœur. (*Fén.*[3]) — 4. Les poésies qui sont le fruit de l'enthousiasme ont un tel caractère de beauté, qu'on ne peut ni les lire ni les entendre sans être échauffé du même feu qui les a produites. (*Roll.*[4]) — 5. Comme les Carthaginois en Espagne, en Sicile et en Sardaigne, n'opposaient aucune armée qui ne fût malheureuse, Annibal, dont les ennemis se fortifiaient sans cesse, fut réduit à une guerre défensive. (*Montesq.*[5]) — 6. Les Romains ne faisaient jamais de guerres éloignées sans s'être procuré quelque allié auprès de l'ennemi qu'ils attaquaient. (*Montesq.*[6])

CCXXXVIII

Tales sumus ut jure laudemur. (Gr. 511.)

1. Ceux qui sont incapables de commettre de grands crimes n'en soupçonnent pas facilement les autres. (*La Rochef.*[7]) — 2. Arbogaste était un capitaine des Francs, vaillant, désintéressé, mais capable de maintenir par toute sorte de crimes le pouvoir qu'il s'était acquis sur les troupes. (*Boss.*[8]) — 3. C'était le comble de la joie pour un père, quand il voyait son fils réussir dans ces déclamations, qui le préparaient aux plaidoiries du barreau, et le mettaient en état de s'y distinguer un jour avec éclat. (*Roll.*[9])

1. *Exam. de la Suiv.* — 2. *Maxim.*, 139. — 3. *Dial. Éloq.*, I. — 4. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 1. — 5. *Gr. et Décad.*, 5. — 6. *Gr. et Décad.*, 6. — 7. *Maxim.*, 1er supplém., 37. — 8. *Hist. univ.*, I, 11. — 9. *Hist. anc.*, XXVI, 3

CCXXXIX

Tanti fit ut ei confidam. — Tam parvi fit ut ei non confidam.
(Gr. 512.)

1. Æmilius Paulus tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum. (*Cic.*[1]) — 2. Quod huic officium, quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit? (*Cic.*[2]) — 3. Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus est, in hoste etiam diligamus, quid mirum est, si animi hominum moveantur, cum eorum, quibuscum usu conjuncti esse possunt, virtutem et bonitatem perspicere videantur? (*Cic.*[3]) — 4. Illud miror, adduci potuisse te, ut existimares aut me tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam ac probe jacentem desciscerem, aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem. (*Cic.*[4]) — 5. Nemo est tam immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio. (*Cic.*[5]) — 6. Nulla acies humani ingenii tanta est, quæ penetrare in cælum, terram intrare possit. (*Cic.*[6]) — 7. Quæ domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non discidiis funditus possit everti? (*Cic.*[7]) — 8. Cœlius volucres ad terram delapsas clamore militum ait atque tantam multitudinem conscendisse naves ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. (*Liv.*[8]) — 9. Hæc cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est, tantaque mæstitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam esse. (*Liv.*[9]) — 10. Non sum tam demens ut ægrotare cupiam; sed si ægrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate fiat optabo. Ita non incommoda optabilia sunt, sed virtus qua perferuntur incommoda. (*Sen.*[10]) — 11. Dicere solebat Plinius nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset. (*Plin. J.*[11])

1. *Off.*, II, 22, 76. — 2. *Tusc.*, II, 6, 16. — 3. *Amic.*, 9, 29. — 4. *Fam.*, II, 16, 1. — 5. *Tusc.*, I, 13, 30. — 6. *Ac.*, II, 39, 122. — 7. *Amic.*, 7, 23. — 8. XXIX, 25, 4. — 9. IX, 4, 6. — 10. *Ep.*, 67, 4. — 11. *Ep.*, III, 5, 10.

CCXXXIX

Tanti fit ut ei confidam. — Tam parvi fit ut ei non confidam. (Gr. 512.)

1. Peu de gens sont assez sages pour préférer le blâme qui leur est utile à la louange qui les trahit. (*La Rochef.*[1]) — 2. Pourquoi faut-il que nous ayons assez de mémoire pour retenir jusqu'aux moindres particularités de ce qui nous est arrivé, et que nous n'en ayons pas assez pour nous souvenir combien de fois nous les avons contées à une même personne? (*La Rochef.*[2]) — 3. L'Égypte n'était pas assez belliqueuse pour se soutenir par sa propre force contre les Perses. (*Boss.*[3]) — 4. Le peuple se laissait conduire à ses magistrats séditieux, et conservait néanmoins assez d'équité pour admirer la vertu des grands hommes qui lui résistaient. (*Boss.*[4]) — 5. Vous êtes donc assez insensé pour mépriser la sagesse, qui égale presque les hommes aux dieux? (*Fén.*[5]) — 6. Si les hommes n'avaient pas aimé la gloire, ils n'avaient ni assez d'esprit ni assez de vertu pour la mériter. (*Vauven.*[6]) — 7. Peu de gens ont assez de fond pour souffrir la vérité et pour la dire. (*Vauven.*[7]) — 8. Il n'y a point d'homme qui ait assez d'esprit pour n'être jamais ennuyeux. (*Vauven.*[8]) — 9. N'avez-vous pas assez de courage pour (*trad.* Avez-vous assez peu de courage pour ne pas) vaincre sans tromper? (*Fén.*[9]) — 10. Nous avons tous assez de force pour supporter les maux d'autrui. (*La Rochef.*[10]) — 11. La plupart des hommes s'exposent assez dans la guerre pour sauver leur honneur; mais peu se veulent toujours exposer autant qu'il est nécessaire pour faire réussir le dessein pour lequel ils s'exposent. (*La Rochef.*[11]) — 12. Un sot n'a pas assez d'étoffe pour être bon. (*La Rochef.*[12]) — 13. Alexandre, qui devait être assez raisonnable pour gouverner la terre entière, perdait, par l'ivresse, toute sa raison. (*Fén.*[13])

1. *Maxim.*, 147. — 2. *Maxim.*, 313. — 3. *Hist. univ.*, III, 3. — 4. *Hist. univ.*, III, 7. — 5. *Dial. des Morts*, 6. — 6. *Réflex. et Max.*, 152. — 7. *Réflex. et Max*,. 235. — 8. *Réflex. et Max.*, 306. — 9. *Télém.*, XV. — 10. *Maxim.*, 19. — 11. *Maxim.*, 219. — 12. *Maxim.*, 387. — 13. *Dial. des Morts*. 26.

CCXL

Plures habet milites quam ut non vincat. — Pauciores habet milites quam ut vincat. (Gr. 513.)

1. Quis non intelligit Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? (*Cic.*[1]). — 2. Isocrates majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur. (*Cic.*[2]) — 3. Chabrias indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. (*Nep.*[3]) — 4. Hannibali nimis læta res est visa majorque, quam ut eam statim capere animo posset. (*Liv.*[4]) — 5. Philippo insueto vera audire ferocior oratio Æmilii visa est, quam quæ habenda apud regem esset. (*Liv.*[5]) — 6. Campani majora in defectione deliquerant, quam quibus ignosci posset. (*Liv.*[6]) — 7. Carthaginiensium duces primo ex industria famam captæ Carthaginis compresserunt; deinde, ut clarior res erat, quam ut tegi ac dissimulari posset, elevabant verbis. (*Liv.*[7]) — 8. Primo magis auribus quam animis id acceptum est, ut majus lætiusque quam quod mente capere... possent. (*Liv.*[8]) — 9. Scipio Masinissam cum equitatu præmissum portis obequitare atque hostem ad pugnam elicere jubet : « Ubi omnis multitudo se effudisset, graviorque jam in certamine esset quam ut facile sustineri posset, cederet paulatim : se in tempore pugnæ obventurum. » (*Liv.*[9]) — 10. Omnia sceleribus ac vitiis plena sunt : plus committitur, quam quod possit coercitione sanari. (*Sen.*[10]) — 11. Major sum et ad majora genitus, quam ut mancipium sim corporis mei. (*Sen.*[11]) — 12. Nemo in summam nequitiam incidit, qui unquam hæsit sapientiæ : altius infectus est, quam ut ex toto elui, et transire in colorem alium possit. (*Sen.*[12]) — 13. Piso Termestinorum dolo cæsus habetur : quippe pecunias e publico interceptas acrius quam ut tolerarent barbari cogebat. (*Tac.*[13]) — 14. Omnia hæc sapiens quidem invenit : sed minora, quam ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit. (*Sen.*[14])

1. *Brut.*, 18, 70. — 2. *Or.*, 13, 41. — 3. XII, 3, 2. — 4. XXII, 51, 3. — 5. XXXI, 18, 3. — 6. XXVI, 12, 6. — 7. XXVI, 51, 11. — 8. XXVII, 50, 7. — 9. XXIX, 34, 8. — 10. *Ir.*, II, 8, 3. — 11. *Ep.*, 65, 21. — 12. *Ben.*, VII, 19, 5. — 13. *Ann.*, IV, 45. — 14. *Ep.*, 90, 25.

CCXL

Plures habet milites quam ut non vincat. — Pauciores habet milites quam ut vincat. (Gr. 515.)

1. César était trop vieil, ce me semble, pour s'aller amuser à conquérir le monde. Cet amusement était bon à Auguste ou à Alexandre; c'étaient des jeunes gens qu'il est difficile d'arrêter. (*Pasc.*[1]) — 2. Trop faible pour expliquer avec force ce qu'il sentait, il empruntait la voix de son confesseur. (*Boss.*[2]) — 3. Marc Antoine, Lépide et le jeune César Octavien sont trois insupportables tyrans, dont le triumvirat et les proscriptions font encore horreur en les lisant. Mais elles furent trop violentes pour durer longtemps. (*Boss.*[3]) — 4. Vous méprisez trop les hommes pour vouloir vous charger de les conduire : d'ailleurs vous êtes trop détaché des richesses et de l'éclat de la royauté, pour vouloir acheter cet éclat par les peines attachées au gouvernement des peuples. (*Fén.*[4]) — 5. Démosthène est trop vivement touché des intérêts de sa patrie pour s'amuser à tous les jeux d'esprit d'Isocrate. (*Fén.*[5]) — 6. Quelque grande que fût la réputation des vins recueillis sous le consulat d'Opimius,... Cicéron n'en faisait plus grand cas, il les trouvait déjà trop vieux pour être supportables. (*Roll.*[6]) — 7. Louis XIV avait l'âme trop fière pour descendre plus bas que ses malheurs ne l'avaient mis; et il savait bien que le courage peut raffermir une couronne, et que l'infamie ne le fait jamais. (*Montesq.*[7]) — 8. Lorsqu'une pensée est trop faible pour porter une expression simple, c'est la marque pour la rejeter. (*Vauven.*[8]) — 9. Nous sommes trop inattentifs ou trop occupés de nous-mêmes pour nous approfondir les uns les autres. (*Vauven.*[9]) — 10. Je laisserai de côté beaucoup de petites choses où Ésope fit paraître la vivacité de son esprit; car, quoiqu'on puisse juger par là de son caractère, elles sont de trop peu de conséquence pour en informer la postérité. (*La Font.*[10])

1. *Pensées*, VI, 44. — 2. *Or. fun.*, Louis de Bourbon. — 3. *Hist. univ.*, I, 9. — 4. *Télém.*, V. — 5. *Dial. Éloq.*, I. — 6. *Hist. anc.*, XXIV, 1, 3. — 7. *Gr. et Décad.*, 5. — 8. *Réflex. et Max.*, 3. — 9. *Réflex. et Max.* 329. — 10. *Vie d'Ésope.*

CCXLI

Ita alsit ut æger sit, ut æger fuerit. (Gr. 514.)

1. Verres Siciliam ita vexavit ac perdidit, ut restitui in antiquum statum nullo modo possit. (*Cic.*[1]) — 2. Qua ex re intelligi facile potuit, nullum esse officium tam sanctum atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. (*Cic.*[2]) — 3. Murena Asiam istam refertam et eamdem delicatam sic obiit, ut in ea neque avaritiæ neque luxuriæ vestigium reliquerit, maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. (*Cic.*[3]) — 4. Pompeius, cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia majore quisquam, nec gravitate, nec studio, nec contentione agere potuerit. (*Cic.*[4]) — 5. Verres dabat se labori atque itineribus, in quibus usque eo se præbebat patientem atque impigrum, ut eum nemo unquam in equo sedentem viderit. (*Cic.*[5]) — 6. Equites cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, tamen ut nostri superiores fuerint atque eos in silvas collesque compulerint. (*Cæs.*[6]) — 7. Philosophiæ sic fuit deditus Epaminondas, ut adolescens tristem ac severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit. (*Nep.*[7]) — 8. Tantum opes creverant, ut ne morte quidem Æneæ... movere arma ulli accolæ ausi sint. (*Liv.*[8]) — 9. Eodem anno in Æquis varie bellatum adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus et Romæ, vicissent victine essent. (*Liv.*[9]) — 10. Adeo totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit. (*Liv.*[10]) — 11. Tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut debellari eo die cum Samnitibus potuisse haud pro dubio habitum sit : ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit. (*Liv.*[11]) — 12. Tantus terror pavorque omnes occupavit, ut non modo alius quisquam arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur ; sed etiam ipse rex, prope seminudus fugiens, ad flumen navesque perfugerit. (*Liv.*[12])

1. *Verr.*, Act. I, I, 4, 12.— 2. *Quint.*, 6, 26.— 3. *Mur.*, 9, 20.— 4. *Fam.*, I, 1, 2.— 5. *Verr.*, Act. II, V, 10, 27.— 6. *Gal.*, V, 15, 1.— 7. XV, 2, 2. — 8. I, 3, 4. — 9. V, 28, 5. 10. — XXII, 56, 4. — 11. VIII, 36, 3. — 12. XXIV, 40, 12.

CCXLI

Ita alsit ut æger sit, ut æger fuerit. (Gr. 514.)

1. Si les Égyptiens n'ont pas inventé l'agriculture, ni les autres arts que nous voyons devant le déluge, ils les ont tellement perfectionnés, et ont pris un si grand soin de les rétablir parmi les peuples où la barbarie les avait fait oublier, que leur gloire n'est guère moins grande que s'ils en avaient été les inventeurs. (*Boss.*[1]) — 2. Numa a réuni les deux peuples des Sabins et des Romains, en sorte qu'on ne peut plus les distinguer. (*Fén.*[2]) — 3. Varron a lu un si grand nombre de livres, qu'on est étonné comment il a pu trouver le temps d'en composer lui-même; et il en a composé néanmoins un si grand nombre, qu'à peine conçoit-on qu'un seul homme en ait pu lire autant! (*Roll.*[3]) — 4. Les puissances établies par le commerce s'élèvent peu à peu et sans que personne s'en aperçoive; car elles ne font aucun acte particulier qui fasse du bruit et signale leur puissance : mais, lorsque la chose est venue au point qu'on ne peut plus s'empêcher de la voir, chacun cherche à priver cette nation d'un avantage qu'elle n'a pris, pour ainsi dire, que par surprise. (*Montesq.*[4]) — 5. Le différend s'échauffa jusqu'à tel point que la femme de Xantus demanda son bien et voulut se retirer chez ses parents. Xantus fit tant par sa patience, et Ésope par son esprit, que les choses s'accommodèrent. (*La Font.*[5]) — 6. Xantus but jusqu'à perdre la raison, et à se vanter qu'il boirait la mer. (*La Font.*[6]) — 7. Arcade mourut (408), et crut l'Orient si dépourvu de bons sujets, qu'il mit son fils Théodose, âgé de huit ans, sous la tutelle d'Isdegerde, roi de Perse. (*Boss.*[7]) — 8. Justin, toujours battu par les Perses, se troubla de tant de pertes, jusqu'à tomber en frénésie. (*Boss.*[8]) — 9. Le gouvernement des Carthaginois était très dur : ils avaient si fort tourmenté les peuples d'Espagne, que lorsque les Romains y arrivèrent, ils furent regardés comme des libérateurs. (*Montesq.*[9])

1. *Hist. univ.*, III, 3. — 2. *Dial. des Morts*, 10. — 3. *Hist. anc.*, XXVI, 2. — 4. *Gr. et Décad.*, 4. — 5. *Vie d'Ésope.* — 6. *Vie d'Ésope.* — 7. *Hist. univ.*, I, 11. — 8. *Hist. univ.*, I, 11. — 9. *Gr. et Décad.*, 4.

CCXLII

Ut ignis aurum probat, sic miseria fortes viros. (Gr. 515.)

1. Ut, cum cibo et potione fames sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis, sic in omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis. (*Cic.*[1]) — 2 Verisimilis narratio erit, si, ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus. (*Cic.*[2]) — 3. Tria sunt, ut quidem ego sentio, quæ sint efficienda dicendo, ut doceatur is apud quem dicetur, ut delectetur, ut moveatur vehementius. (*Cic.*[3]) — 4. Sapientia est, ut a veteribus philosophis definitum est, rerum divinarum et humanarum, causarumque, quibus eæ res continentur, scientia. (*Cic.*[4]) — 5. Quemadmodum ratione in vivendo fugitur invidia, sic in dicendo consilio vitatur odium. (*Cic.*[5]) — 6. Pomponium Atticum sic amo, ut alterum fratrem : nihil est illo mihi nec carius nec jucundius. (*Cic.*[6]) — 7. Phalereus primus inflexit orationem et eam mollem teneramque reddidit, et suavis, sicut fuit, videri maluit quam gravis. (*Cic.*[7]) — 8. Apud Lacedæmonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes. (*Cic.*[8]) — 9. Venetorum auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita et repentina consilia, eadem de causa Trebium retinent. (*Cæs.*[9]) — 10. Prout locus iniquus æquusve his aut illis, prout animus pugnantium est, varia pugnæ fortuna est. (*Liv.*[10]). — 11. Quemadmodum desiderare delicatas res luxuriæ est, ita usitatas et non magno parabiles fugere dementiæ. (*Sen.*[11]) — 12. Observatum est, prout in Mauritania nives imbresve satiaverint, ita Nilum increscere. (*Plin.*[12]) — 13. Fuit Clitomachus homo et acutus, ut Pœnus, et valde studiosus ac diligens. (*Cic.*[13]) — 14. D. Brutus et dicere non inculte solebat, et erat cum litteris latinis, tum etiam græcis, ut temporibus illis, eruditus. (*Cic.*[14]) — 15. Consul perculsis omnibus ipse satis, ut in re trepida, impavidus turbatos ordines instruit. (*Liv.*[15])

1. *Fin.*, I, 11, 37. — 2. *Ad Her.*, I, 9, 16. — 3. *Brut.*, 49, 185. — 4. *Off.*, II, 2, 5. — 5. *Ad Her.*, IV, 38, 50. — 6. *Fam.*, XIII, 1, 5. — 7. *Brut.* 9, 38. — 8. *Sen.*, 6, 20. — 9. *Gal.*, III, 8, 2. — 10. XXXVIII, 40, 14. — 11. *Ep.*, 5, 5. — 12. *Hist. N.*, V, 9, 10. — 13. *Ac.*, II, 31, 98. — 14. *Brut.*, 28, 107. — 15. XXII, 5, 1.

CCXLII

Ut ignis aurum probat, sic miseria fortes viros. (Gr. 515.)

1. Comme la mode fait l'agrément, ainsi fait-elle la justice. (*Pasc.*[1]) — 2. Nous promettons selon nos espérances, et nous tenons selon nos craintes. (*La Rochef.*[2]) — 3. Comme c'est le caractère des grands esprits de faire entendre en peu de paroles beaucoup de choses, les petits esprits, au contraire, ont le don de beaucoup parler et de ne rien dire. (*La Rochef.*[3]) — 4. Les vertus se perdent dans l'intérêt, comme les fleuves se perdent dans la mer. (*La Rochef.*[4]) — 5. L'absence diminue les médiocres passions, et augmente les grandes, comme le vent éteint les bougies et allume le feu. (*La Rochef.*[5]) — 6. Nos actions sont comme des bouts-rimés, que chacun tourne comme il lui plaît. (*La Rochef.*[6]) — 7. Comme, par la définition du point, de la ligne, de la surface, et par d'autres principes très familiers, nous parvenons à des connaissances qui mesurent enfin le ciel et la terre ; de même aussi, par les raisonnements et les conséquences que l'on peut tirer des fables, on se forme le jugement et les mœurs, on se rend capable des grandes choses. (*La Font.*[7]) — 8. Selon que vous serez puissant ou misérable, Les jugements de cour vous rendront blanc ou noir. (*La Font.*[8]) — 9. Comme il était naturel que le temps fît inventer beaucoup de choses, il devait aussi en faire oublier d'autres, du moins à la plupart des hommes. (*Boss.*[9]) — 10. Comme la république avait son faible inévitable, c'est-à-dire la jalousie entre le peuple et le Sénat, la monarchie des Césars avait aussi le sien ; et ce faible était la licence des soldats qui les avaient faits. (*Boss.*[10]) — 11. Le même croit parler la langue des dieux, lorsqu'il ne parle que celle des hommes. C'est comme un mauvais comédien, qui ne peut déclamer comme l'on parle. (*Vauv.*[11]) — 12. Pline l'Ancien, en homme habile, a eu soin de répandre çà et là quelques fleurs dans son ouvrage. (*Roll.*[12])

1. *Pensées*, VI, 5. — 2. *Maxim.*, 38. — 3. *Maxim.*, 142. — 4. *Maxim.*, 171. — 5. *Maxim.*, 276. — 6. *Maxim.*, 3ᵉ supplém., 45. — 7. *Fabl.*, Préface. — 8. *Fabl.*, VII, 1. — 9. *Hist. univ.*, I, 2. — 10. *Hist. univ.*, III, 7. — 11. *Réflex. et Max.*, 489. — 12. *Hist. anc.*, XXVI, 2.

CCXLIII

Tanquam de regno dimicetur, ita concurrunt. (Gr. 516.)

1. Volumus sane, nisi molestum est, Cato, tanquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit, istuc, quo pervenisti, videre quale sit. (*Cic.*[1]) — 2. Qui aliis nocent, ut in alios sint liberales, in eadem sunt injustitia, ut si in suam rem aliena convertant. (*Cic.*[2]) — 3. (Quidam deum) idcirco esse non putant, quia non apparet nec cernitur, proinde quasi nostram ipsam mentem videre possimus. (*Cic.*[3]) — 4. Quod dandum est amicitiæ, large dabitur a me, ut tecum agam non secus, ac si meus esset frater. (*Cic.*[4]) — 5. Verum homines corrupti superbia ita ætatem agunt, quasi vestros honores contemnant; ita nos petunt, quasi honeste vixerint. (*Sall.*[5]) — 6. Deleta (est) Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecivo bello certasset. (*Liv.*[6]) — 7. Me quoque juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli punici pervenisse. (*Liv.*[7]) — 8. Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam Bella forent, nulli tota morerentur in urbe, Cernimus. (*Virg.*[8]) — 9. Sic facias, quæcunque facies, tanquam spectet aliquis : omnia nobis mala solitudo persuadet. (*Sen.*[9]) — 10. Sic vive cum hominibus, tanquam deus videat; sic loquere cum deo, tanquam homines audiant. (*Sen.*[10]) — 11. Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi. (*Cic.*[11]) — 12. Negat Epicurus esse corpus deorum, sed tanquam corpus, nec sanguinem, sed tanquam sanguinem.... Corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo : quasi corpus et quasi sanguis sit, nullo prorsus modo intelligo. (*Cic.*[12]) — 13. Aures ipsæ, quid plenum, quid inane sit, judicant, et spiritu quasi necessitate aliqua verborum comprehensio terminatur. (*Cic.*[13]) — 14. Qui voluptatibus dediti quasi in diem vivunt, vivendi causas quotidie finiunt. (*Plin. J.*[14])

1 *Sen.*, 2, 6. — 2. *Off.*, I, 14, 42. — 3. *Mil.*, 31, 84. — 4. *Mur.*, 4, 10. — 5. *Jug.*, 85, 19. — 6. IX, 25, 9. — 7. XXXI, 1, 1. — 8. *Æn.*, II, 438. — 9. *Ep.*, 25, 5. — 10. *Ep.*, 10, 5. — 11. *Brut.*, 8, 32. — 12. *Nat.*, I, 25, 71. — 13. *Brut.*, 8, 34. — 14. *Ep.*, V, 5, 4.

CCXLIII

Tanquam de regno dimicetur, ita concurrunt. (Gr. 516.)

1. Comme si d'occuper ou plus ou moins de place Nous rendait, disait-il, plus ou moins importants. (*La Font.*[1]) — 2. Je l'observais hier, et je voyais ses yeux Lancer sur le lieu saint des regards furieux, Comme si dans le fond de ce vaste édifice Dieu cachait un vengeur armé pour son supplice. (*Rac.*[2]) — 3. Je sens que les dieux que j'ai toujours servis vous aiment, et qu'ils veulent que je vous aime comme si vous étiez mon fils. (*Fén.*[3]) — 4. Pygmalion avait vu, dans les hommes dont il s'était servi, tant de dissimulation, de perfidie et de vices affreux déguisés sous les apparences de la vertu, qu'il regardait tous les hommes sans exception, comme s'ils eussent été masqués. (*Fén.*[4]) — 5. Commode n'a songé qu'à égarer son imagination, allant tout nu avec une peau de lion, comme s'il eût été Hercule. (*Fén.*[5]) — 6. La plume de Lucile faisait trembler les coupables, comme s'il les eût poursuivis l'épée à la main. (*Roll.*[6]) — 7. Antiochus se montra dans la Grèce avec une petite partie de ses forces; et, comme s'il avait voulu y voir la guerre et non pas la faire, il ne fut occupé que de ses plaisirs. (*Montesq.*[7]) — 8. Nos erreurs et nos divisions, dans la morale, viennent quelquefois de ce que nous considérons les hommes comme s'ils pouvaient être tout à fait vicieux ou tout à fait bons. (*Vauven.*[8]) — 9. Pour exécuter de grandes choses il faut vivre comme si on ne devait jamais mourir. (*Vauven.*[9]) — 10. On oblige les jeunes gens à user de leurs biens comme s'il était sûr qu'ils dussent vieillir. (*Vauven.*[10]) — 11. Quoiqu'on m'eût renvoyé comme étant Phénicien, aucun des Phéniciens avec qui j'étais ne me connaissait. (*Fén.*[11]). — 12. Les Phéniciens m'avaient pris sur la mer dans un vaisseau de Phénicie; j'ai demeuré longtemps captif en Égypte comme un Phénicien. (*Fén.*[12])

1. Efficit hoc philosophia : medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. (*Cic.*[1]) — 2. Quid est tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? (*Cic.*[2]) — 3. Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam ex urbe vel ejecimus vel emisimus vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla jam pernicies mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. (*Cic.*[3]) — 4. Luget senatus, mæret equester ordo, tota civitas confecta senio est; squalent municipia, afflictantur coloniæ; agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant. (*Cic.*[4]) — 5. Paratus igitur veniebat Crassus, exspectabatur, audiebatur, a principio statim, quod erat apud eum semper accuratum, exspectatione dignus videbatur : non multa jactatio corporis, non inclinatio vocis. Quodque difficile est, idem et perornatus et perbrevis. (*Cic.*[5]) — 6. Democritus, luminibus amissis, alba scilicet discernere et atra non poterat; at vero bona mala, æqua iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva poterat. (*Cic.*[6]) — 7. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adjecisset « sic deinde quicunque alius transiliet mœnia mea! » interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata. Palatium primum, in quo ipse erat educatus, muniit. Sacra diis aliis Albano ritu, Græco Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit. Herculem in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse memorant. (*Liv.*[7]) — 8. Hujus victoriæ callide dissimulata lætitia est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in convivio risit, non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut unguenta sumpsit, et, quantum in illo fuit, ita vicit ut victorem nemo sentiret. (*Just.*[8])

1. *Tusc.*, II, 4, 11. — 2. *De Orat.*, I, 8, 32. — 3. *Cat.*, II, 1, 1. — 4. *Mil.*, 8, 20. — 5. *Brut.*, 43, 158. — 6. *Tusc.*, V, 39, 114. — 7. I, 7, 2-4. — 8. IX, 4, 1.

CCLXXI

Veni, vidi, vici. (Gr. 551.)

1. Notre laitière ainsi troussée, Comptait déjà dans sa pensée Tout le prix de son lait; en employait l'argent; Achetait un cent d'œufs; faisait triple couvée : La chose allait à bien par son soin diligent. (*La Font.*[1]) — 2. Simonide promit.... Il vient : l'on festine, l'on mange. (*La Font.*[2]) — 3. La mort crut, en venant, l'obliger en effet. Elle frappe à sa porte, elle entre, elle se montre. (*La Font.*[3]) — 4. Femmes, moine, vieillards, tout était descendu : L'attelage suait, soufflait, était rendu. (*La Font.*[4]) — 5. L'autre fit cent tours inutiles, Entra dans cent terriers, mit cent fois en défaut Tous les confrères de Brifaut. (*La Font.*[5]) — 6. La terre n'est point encore usée; elle ne ressent aucune vieillesse; ses entrailles sont encore pleines des mêmes trésors. Mille générations ont passé dans son sein : tout vieillit, excepté elle seule; elle se rajeunit chaque année au printemps. Elle ne manque jamais aux hommes. (*Fén.*[6]) — 7. Calypso ne pouvait se consoler du départ d'Ulysse. Dans sa douleur, elle se trouvait malheureuse d'être immortelle. Sa grotte ne résonnait plus du doux chant de sa voix; les Nymphes qui la servaient n'osaient lui parler. Elle se promenait souvent seule sur les gazons fleuris dont un printemps éternel bordait son île. (*Fén.*[7]) — 8. Cette grotte était taillée dans le roc, en voûte pleine de rocailles et de coquilles; elle était tapissée d'une jeune vigne qui étendait ses branches souples également de tous côtés. Les doux zéphyrs conservaient en ce lieu, malgré les ardeurs du soleil, une délicieuse fraîcheur. (*Fén.*[8]) — 9. Défrichez cette terre sauvage;... apprenez à tous ces bergers quels sont les charmes de l'harmonie; montrez-leur l'aimable vertu. (*Fén.*[9]) — 10. Les hommes y sont occupés à décharger leurs vaisseaux, à transporter leurs marchandises ou à les vendre, à ranger leurs magasins, à tenir un compte exact de ce qui leur est dû par les négociants étrangers. (*Fén.*[10])

1. *Fabl.*, VII, 10. — 2. *Fabl.*, I, 14. — 3. *Fabl.*, I, 15. — 4. *Fabl.*, VII, 9. — 5. *Fabl.*, IX, 14. — 6. *Exist. de Dieu*, I, 2. — 7. *Télém.*, I. — 8. *Télém.*, I. — 9. *Télém.*, II. — 10. *Télém.*, III.

CCLXXII

Alii ludunt, cantant alii. — Alter ou **Unus ait, negat alter.** (Gr. 553.)

1. Alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem et locum. (*Cic.*[1]) — 2. Est animus in partes tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. (*Cic.*[2]) — 3. Quis potest mortem aut dolorem metuens, quorum alterum sæpe adest, alterum semper impendet, esse non miser? (*Cic.*[3]) — 4. Injustitiæ genera duo sunt : unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant injuriam. (*Cic.*[4])

CCLXXIII

Alii alios amant. — Alter alterum amat. — Uterque alterum amat. — Neuter neutrum amat. (Gr. 554, 555.)

1. Est in dicendo quidam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus pæne canticum, sed ille, quem significat Demosthenes et Æschines, cum alter alteri objicit vocis flexiones. (*Cic.*[5]) — 2. Cum uterque utrique esset exercitus in conspectu, erat in magnis Cæsaris difficultatibus res. (*Cæs.*[6]) — 3. Ubi quisque legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti; neque alius in alio magis quam in sese spem habere, pariterque oppidani agere. Oppugnare aut parare omnibus locis; avidius alteri alteros sauciare quam semet tegere. (*Sall.*[7]) — 4. Inertia et mollitia animi, alius alium exspectantes, cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maxumis sæpe periculis servavere. (*Sall.*[8]) — 5. Stupor omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet : intuentesque alii alios, cum alterum quisque magis mentis compotem ac consilii ducerent, diu immobiles silent. (*Liv.*[9]) — 6. Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, et inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hosti. (*Liv.*[10])

1. *Tusc.*, I, 9, 19. — 2. *Tusc.*, II, 21, 47. — 3. *Tusc.*, V, 6, 15. — 4. *Off.*, I, 7, 23. — 5. *Or.*, 18, 57. — 6. *Gal.*, VII, 35, 1. — 7. *Jug.*, 60, 1. — 8. *Cat.*, 52, 28. — 9. IX, 2, 10. — 10. IX, 5, 8.

CCLXXII

Alii ludunt, cantant alii. — Alter ou Unus ait, negat alter. (Gr. 553.)

1. L'intérêt qui aveugle les uns fait la lumière des autres. (*La Rochef.*[1]) — 2. Salomon et Job ont le mieux connu et le mieux parlé de la misère de l'homme : l'un, le plus heureux, et l'autre, le plus malheureux; l'un connaissant la vanité des plaisirs par expérience, l'autre la réalité des maux. (*Pasc.*[2]) — 3. L'apologue est composé de deux parties, dont on peut appeler l'une le corps, l'autre l'âme. Le corps est la fable; l'âme, la moralité. (*La Font.*[3])

CCLXXIII

Alii alios amant. — Alter alterum amat. — Uterque alterum amat. — Neuter neutrum amat. (Gr. 554, 555.)

1. La nature recommence toujours les mêmes choses, les ans, les jours, les heures; les espaces de même et les nombres sont bout à bout à la suite l'un de l'autre. Ainsi se fait une espèce d'infini et d'éternel. (*Pasc.*[4]) — 2. Tous les hommes se haïssent naturellement l'un l'autre. (*Pasc.*[5]) — 3. En ce monde il se faut l'un l'autre secourir : Si ton voisin vient à mourir, C'est sur toi que le fardeau tombe. (*La Font.*[6]) — 4. Artaxerxe songea à profiter des divisions des Grecs. Il en arriva de grandes entre les Athéniens et les Lacédémoniens. Ces deux peuples, jaloux l'un de l'autre, partagèrent toute la Grèce. (*Boss.*[7]) — 5. La Grèce elle-même était opprimée par les capitaines d'Alexandre. La Macédoine, son ancien royaume, était en proie au premier venu. Les enfants de Cassandre se chassèrent les uns les autres de ce royaume. (*Boss.*[8]) — 6. La fin de son règne (de Clovis) ternit la gloire des commencements. Ses quatre enfants partagèrent le royaume (511), et ne cessèrent d'entreprendre les uns sur les autres. (*Boss.*[9])

1. *Maxim.*, 40. — 2. *Pensées*, XXIV, 48. — 3. *Fabl.*, Préface. — 4. *Pensées*, XXV, 9. — 5. *Pensées*, XXIV, 80. — 6. *Fabl.*, VI, 16. — 7. *Hist. univ.*, I, 8. — 8. *Hist. univ.*, I, 8. — 9. *Hist. univ.*, I, 11.

(*Suite.*)

7. Primo uterque vociferari et certatim alter alteri obstrepere : coerciti ab lictore et jussi invicem dicere, tandem obloqui desistunt. (*Liv.*[1]) — 8. Quid est, quod ab homine ratio exigat? rem facillimam, secundum naturam suam vivere. Sed hanc difficilem facit communis insania. In vitia alter alterum trudimus. (*Sen.*[2]) — 9. A græco sermone puerum incipere malo. Non longe latina subsequi debent, et cito pariter ire : ita fiet, ut, cum æquali cura linguam utramque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. (*Quint.*[3])

CCLXXIV

Alii aliis rebus delectantur. — Utrumque amo, alterum altera de causa. (Gr. 556.)

1. Bestiis aliud alii præcipui a natura datum est, quod suum quæque retinet nec discedit ab eo. (*Cic.*[4]) — 2. Se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant, ipsarumque virtutum in alia alius mavult excellere. (*Cic.*[5]) — 3. A Cotta vis aberat Antonii, Crassi a Sulpicio lepos. O magnam, inquit, artem! Brutus; si quidem istis, cum summi essent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit. (*Cic.*[6]) — 4. Beate vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis : item contra miseriam omnem in dolore. (*Cic.*[7]) — 5. Illud perspicuum est, non modo partes orationis, sed etiam causas totas alias alia forma dicendi esse tractandas. (*Cic.*[8]) — 6. Dein consul castella et oppida, natura et viris parum munita, aggreditur, prœlia multa, ceterum levia, alia aliis locis facere. (*Sall.*[9]) — 7. Affines, amicos, propinquos ceteros, alium alia clades oppressit : capti ab Jugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis objecti sunt. (*Sall.*[10]) — 8. C. Fontius ad Calatiam milites decem pastorum habitu mittit, pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet præsidiis. (*Liv.*[11])

1. I, 40, 6. — 2. *Ep.*, 41, 9. — 3. I, 1, 12 et 14. — 4. *Tusc.*, V, 13, 38. — 5. *Off.*, I, 32, 115. — 6. *Brut.*, 55, 204. — 7. *Fin.*, II, 27, 86. — 8. *Or.*, 22, 74. — 9. *Jug.*, 87, 1. — 10. *Jug.*, 14, 15. — 11. IX, 2, 2.

(*Suite.*)

7. Antoine et Crassus, après avoir ruiné Lépide, se tournent l'un contre l'autre. (*Boss.*[1]) — 8. Chez les Égyptiens, les citoyens étaient à la garde les uns des autres, et tout le corps de l'État était uni contre les méchants. (*Boss.*[2]) — 9. L'antithèse est une opposition de deux vérités qui se donnent du jour l'une à l'autre. (*La Bruy.*[3]) — 10. Damon et Pythias s'aiment tendrement, se confient l'un à l'autre sans réserve..., et veulent mourir l'un pour l'autre. (*Fén.*[4]) — 11. Les Muses de Virgile et d'Horace ne doivent point être jalouses l'une de l'autre. (*Fén.*[5])

CCLXXIV

Alii aliis rebus delectantur. — Utrumque amo, alterum altera de causa. (Gr. 556.)

1. L'hymen qui nous attache en une autre famille Nous détache de celle où l'on a vécu fille; On voit d'un œil divers des nœuds si différents. (*Corn.*[6]) — 2. *Attale* : La qualité de roi qui me rend digne d'elle.... — *Flaminius* : Ne rendra pas son cœur à vos vœux moins rebelle. — *Attale* : Seigneur, l'occasion fait un cœur différent. (*Corn.*[7]) — 3. Auguste est fort troublé, l'on ignore la cause; Chacun diversement soupçonne quelque chose : Tous présument qu'il ait un grand sujet d'ennui. (*Corn.*[8]) — 4. On rend différents devoirs aux différents mérites : devoir d'amour à l'agrément; devoir de crainte à la force; devoir de créance à la science. (*Pasc.*[9]) — 5. En un bois que cent routes séparent Les voyageurs sans guide assez souvent s'égarent, L'un à droit, l'autre à gauche, et, courant vainement, La même erreur les fait errer diversement. (*Boil.*[10]) — 6. Tous les autres animaux naissent couverts chacun d'une manière différente, l'homme est le seul qui ait besoin d'un secours étranger pour se couvrir. (*Roll.*[11]) — 7. Différent génie, différent goût. Ce n'est pas toujours par jalousie que réciproquement on se rabaisse. (*Vauven.*[12])

1. *Hist. univ.*, I, 9. — 2. *Hist. univ.*, III, 3. — 3. *Caract.*, I. — 4. *Dial. des Morts*, 21. — 5. *Dial. des Morts*, 51. — 6. *Hor.*, III, 4, 883. — 7. *Nicom.*, IV, 5, 1407. — 8. *Cinna*, IV, 4, 1281. — 9. *Pensées*, VI, 10. — 10. *Sat.*, IV, 37. — 11. *Hist. anc.*, XXVI, 2. — 12. *Réflex. et Max.*, 208.

CCLXXV

Et. — Que. — Ac. — Atque. (Gr. 558.)

1. Fieri potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. (*Cic.*[1]) — 2. In amicitia nihil fictum (est), nihil simulatum, et, quidquid est, id est verum et voluntarium. (*Cic.*[2]) — 3. Membra quædam amputantur, si et ipsa sanguine et tanquam spiritu carere cœperunt et nocent reliquis partibus corporis. (*Cic.*[3]) — 4. Ex ea (virtute) proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actionesque omnisque recta ratio. (*Cic.*[4]) — 5. Contemnamus omnes ineptias, totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine et in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia et in omni virtute ponamus. (*Cic.*[5]) — 6. Profecto, quanquam es singulari crudelitate et audacia, tamen tot homines honestissimos ac locupletissimos tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem et cogitationem salutis tuæ cupiditas ac præsens illa præda superaret. (*Cic.*[6]) — 7. Hic, hic sunt in nostro numero, patres conscripti, in hoc urbis sanctissimo gravissimoque concilio, qui de nostro omnium interitu, qui de hujus urbis atque adeo de orbis terrarum exilio cogitent. (*Cic.*[7]) — 8. Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est : virtus clara æternaque habetur. (*Sall.*[8]) — 9. Ubi labore atque justitia respublica crevit, reges magni bello domiti, nationes feræ et populi ingentes vi subacti, Carthago, æmula imperii Romani, ab stirpe interiit, cuncta maria terræque patebant, sævire fortuna ac miscere omnia cœpit. (*Sall.*[9]) — 10. Nec, quam magni nominis bellum est, tam difficilem existimaritis victoriam fore : sæpe et contemptus hostis cruentum certamen edidit, et incliti populi regesque perlevi momento victi sunt. (*Liv.*[10]) — 11. Errabas, Verres, et vehementer errabas, cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. (*Cic.*[11])

1. *Tusc.*, I, 3, 6. — 2. *Amic.*, 8, 26. — 3. *Off.*, III, 6, 32. — 4. *Tusc.*, IV, 15, 34. — 5. *Tusc.*, I, 40, 95. — 6. *Verr.*, Act. II, III, 20, 52. — 7. *Cat.*, I, 4, 9. — 8. *Cat.*, 1, 4. — 9. *Cat.*, 10, 1. — 10. XXI, 43, 11. — 11. *Verr.*, Act. II, V, 46, 121.

CCLXXV

Et. — Que. — Ac. — Atque. (Gr. 558.)

1. Elle bâtit un nid, pond, couve et fait éclore : Le tout alla du mieux qu'il put. (*La Font.*[1]) — 2. Cet animal est triste, et la crainte le ronge. (*La Font.*[2]) — 3. Dans le moment qu'ils tenaient ces propos, Le lion sort, et vient d'un pas agile. (*La Font.*[3]) — 4. Je vois deux levriers, Qui, je m'assure, sont courriers Que pour ce sujet on envoie : Ils vont vite, et seront dans un moment à nous. (*La Font.*[4]) — 5. Qu'on dise quelque chose ou qu'on ne dise rien, J'en veux faire à ma tête. Il le fit, et fit bien. (*La Font.*[5]) — 6. Elle (la grenouille) qui n'était pas grosse en tout comme un œuf, Envieuse, s'étend, et s'enfle, et se travaille Pour égaler l'animal en grosseur. (*La Font.*[6]) — 7. Tout ce que la terre produit se corrompant rentre dans son sein et devient le germe d'une nouvelle fécondité. Ainsi elle reprend tout ce qu'elle a donné pour le rendre encore. Ainsi la corruption des plantes et les débris des animaux qu'elle nourrit la nourrissent elle-même et perfectionnent sa fertilité.... Confiez à la terre des grains de blé; en se pourrissant, ils germent, et cette mère féconde nous rend avec usure plus d'épis qu'elle n'a reçu de grains. (*Fén.*[7]) — 8. Cette masse (la terre) informe, vile et grossière, prend toutes les formes les plus diverses, et elle seule devient tour à tour tous les biens que nous lui demandons : cette boue si sale se transforme en mille beaux objets qui charment les yeux; en une seule année elle devient branches, boutons, feuilles, fleurs, fruits et semences, pour renouveler ses libéralités en faveur des hommes. (*Fén.*[8]) — 9. Les jeux, les ris, les grâces suivaient partout les innocentes bergères. (*Fén.*[9]) — 10. Astarbé but sans crainte, se fiant au contrepoison. Pygmalion but aussi. (*Fén.*[10]) — 11. Un peuple est toujours le maître de changer ses lois, même les meilleures. (*J.-J. Rouss.*[11])

1. *Fabl.*, IV, 22. — 2. *Fabl.*, II, 14. — 3. *Fabl.*, VI, 2. — 4. *Fabl.*, II, 15. — 5. *Fabl.*, III, 1. — 6. *Fabl.*, I, 3. — 7. *Exist. de Dieu*, I. — 8. *Exist. de Dieu*, I, 2. — 9. *Télém.*, II. — 10. *Télém.*, VII. — 11. *Contr. soc.*, II, 11.

CCLXXVI

Et ... et. (Gr. 559.)

1. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad rem publicam se contulerunt, et ii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiosi, postremo ii qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam. (*Cic.*[1]) — 2. Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, labi autem, errare, nescire, decipi et malum et turpe ducimus. (*Cic.*[2]) — 3. Consul nuntio circumventi fratris conversus ad pugnam, vulnere accepto, ægre ab circumstantibus ereptus, et suorum animos turbavit et ferociores hostes fecit. (*Liv.*[3])

CCLXXVII

Cum ... tum. — Tum ... tum. (Gr. 560.)

1. Ii mihi videntur fortunate beateque vixisse, cum in ceteris civitatibus, tum maxime in nostra, quibus cum auctoritate rerumque gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit. (*Cic.*[4]) — 2. Vacandum omni est animi perturbatione, cum cupiditate et metu, tum etiam ægritudine et voluptate et iracundia, ut tranquillitas animi et securitas adsit, quæ affert cum constantiam, tum etiam dignitatem. (*Cic.*[5]) — 3. Conveniet autem, cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. (*Cic.*[6]) — 4. Xenophon facit Socratem disputantem, formam dei quæri non oportere, eumdemque et solem et animum deum dicere, et modo unum, tum autem plures deos. (*Cic.*[7]) — 5. Nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est : modo enim menti divinum tribuit principatum, modo cælo, tum autem signis sideribusque cælestibus. (*Cic.*[8]) — 6. Ex quo intelligitur qualis ille sit, quem tum moderatum, alias modestum, tum temperantem, alias constantem continentemque dicimus. (*Cic.*[9])

1. *Amic.*, 23, 86. — 2. *Off.*, I, 6, 18. — 3. III, 5, 7. — 4. *Brut.*, 1, 2, 9. — 5. *Off.*, I, 20, 69. — 6. *Off.*, II, 18, 64. — 7. *Nat.*, I, 12, 31. — 8. *Nat.*, I, 13, 35. — 9. *Tusc.*, IV, 16, 36.

CCLXXVI

Et ... et. (Gr. 559.)

1. Quel carnage de toutes parts! On égorge à la fois les enfants, les vieillards, Et la sœur et le frère, Et la fille et la mère, Le fils dans les bras de son père. (*Rac.*[1]) — 2. Le Nil était tout ensemble et le nourricier et le défenseur de l'Égypte. (*Boss.*[2]) — 3. Noé conserva les arts, tant ceux qui servaient de fondement à la vie humaine et que les hommes savaient dès leur origine, que ceux qu'ils avaient inventés depuis. (*Boss.*[3]) — 4. Aristote met au rang des monarchies et l'empire des Perses et le royaume de Lacédémone. (*Montesq.*[4]) — 5. Et le riche et le pauvre, et le faible et le fort Vont tous également des douleurs à la mort. (*Volt.*[5])

CCLXXVII

Cum ... tum. — Tum ... tum. (Gr. 560.)

1. Un avorton de mouche en cent lieux le harcelle, Tantôt pique l'échine et tantôt le museau, Tantôt entre au fond du naseau. (*La Font.*[6]) — 2. Jadis certain Mogol vit en songe un vizir Aux champs Élyséens possesseur d'un plaisir Aussi pur qu'infini, tant en prix qu'en durée. (*La Font.*[7]) — 3. Les obélisques de l'Égypte font encore aujourd'hui, autant par leur beauté que par leur hauteur, le principal ornement de Rome. (*Boss.*[8]) — 4. Quintilien, dans le troisième livre de ses *Institutions oratoires*, fait un assez long dénombrement des anciens rhéteurs, tant grecs que latins. (*Roll.*[9]) — 5. Le *Brutus* de Cicéron est un dialogue touchant les orateurs illustres, tant grecs que latins, qui avaient paru jusqu'à son temps. (*Roll.*[10]) — 6. Après vingt années d'exercice public, employées avec une réputation et un succès étonnant, tant à enseigner la jeunesse qu'à plaider dans le barreau, Quintilien n'avait point amassé de grands biens. (*Roll.*[11])

1. *Esther*, I, 5. — 2. *Hist. univ.*, III, 3. — 3. *Hist. univ.*, I, 1. — 4. *Espr.*, XI, 9. — 5. 1er *Disc. Égal. des Condit.* — 6. *Fabl.*, II, 9. — 7. *Fabl.*, XI, 4. — 8. *Hist. univ.*, III, 3. — 9. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 10. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 11. *Hist. anc.*, XXVI, 3.

CCLXXVIII

Non solum .... sed etiam. (Gr. 561.)

1. Cupiditates non modo singulos homines, sed universas familias evertunt, totam etiam labefactant sæpe rem publicam. (*Cic.*[1]) — 2. Qui, non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparavit. (*Cic.*[2]) — 3. In hoc bello asiatico non solum militaris illa virtus, sed aliæ quoque virtutes animi multæ et magnæ requiruntur. (*Cic.*[3]) — 4. Negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. (*Cic.*[4]) — 5. Verre prætore, non solum æstimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem. (*Cic.*[5]) — 6. Epicurus cupiditates quasdam, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit. (*Cic.*[6]) — 7. Bonus vir non modo facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. (*Cic.*[7]) — 8. Non modo ad emittenda cum procursu, quo plurimum concitantur tela, spatium habebant, sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur. (*Liv.*[8]) — 9. Nemo non modo Romæ, sed ne ullo quidem in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non... adsciverit. (*Cic.*[9]) — 10. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque, sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt. (*Cæs.*[10]) — 11. Non Apollinis opertis credendum existumo.... Nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti probata sunt. (*Cic.*[11]). — 12. (Mortem) qui leviorem faciunt, somni simillimam volunt esse : quasi vero quisquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, cum sexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne sui quidem id velint, non modo ipse. (*Cic.*[12]) — 13. Cuicumque mortalium, nedum veteri et provido duci, barbaræ astutiæ patuissent. (*Tac.*[13])

1. *Fin.*, I, 13, 43. — 2. *Tusc.*, II, 1, 2. — 3. *Man.*, 22, 64. — 4. *Off.*, I, 28, 99. — 5. *Verr.*, Act. II, III, 97, 225. — 6. *Tusc.*, V, 33, 93. — 7. *Off.*, III, 19, 77. — 8. XXXIV, 39, 3. — 9. *Cat.*, II, 4, 8. — 10. *Gal.*, VI, 11, 2. — 11. *Div.*, II, 55, 113. — 12. *Tusc.*, I, 38, 92. — 13. *Ann.*, XIII, 38.

CCLXXVIII

Non solum ... sed etiam. (Gr. 561.)

1. Les fables ne sont pas seulement morales, elles donnent encore d'autres connaissances. (*La Font.*[1]) — 2. Homère n'est pas seulement le père des dieux, c'est aussi celui des bons poètes. (*La Font.*[2]) — 3. Le caractère d'honnête homme paraît partout (dans le livre de Longin), et ses sentiments ont, je ne sais quoi, qui marque non seulement un esprit sublime, mais une âme fort élevée au-dessus du commun. (*Boil.*[3]) — 4. J'ai songé qu'il ne s'agissait pas simplement ici de traduire Longin, mais de donner au public un *Traité du Sublime* qui pût être utile. Avec tout cela néanmoins il se trouvera peut-être des gens, qui non seulement n'approuveront pas ma traduction, mais qui n'épargneront pas même l'original. (*Boil.*[4]) — 5. Heureux le roi qui fait le bonheur de tout le peuple. Non seulement on lui obéit, mais encore on aime à lui obéir. (*Fén.*[5]) — 6. Anacréon fut non seulement de tous les plaisirs de Polycrate, mais encore de son conseil. (*Roll.*[6]) — 7. Cicéron dit qu'Ennius, à l'âge de soixante-dix ans, chargé de deux fardeaux qu'on regarde comme accablants, la pauvreté et la vieillesse, les portait non seulement avec constance, mais avec gaîté. (*Roll.*[7]) — 8. Ainsi l'art de se détruire est non seulement tout autre de ce qu'il était avant l'invention de la poudre, mais de ce qu'il était il y a cent ans. (*Volt.*[8]) — 9. La congrégation du Saint-Office, composée de sept cardinaux, avait déclaré non seulement hérétique, mais absurde, le mouvement de la terre, sans lequel il n'y a point de véritable astronomie. (*Volt.*[9]) — 10. On disait que cela me faisait du mal; je crois, moi, que cela me fit du bien, et non seulement à mon âme, mais à mon corps. (*J.-J. Rouss.*[10]) — 11. Comme une aigle qu'on voit tomber si sûrement sur sa proie, qu'on ne peut éviter ses ongles, non plus que ses yeux. (*Boss.*[11])

1. *Fabl.*, Préface. — 2. *Vie d'Ésope.* — 3. *Longin*, Préface. — 4. *Longin*, Préface. — 5. *Télém.*, II. — 6. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 1. — 7. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2. — 8. *Sièc. Louis XIV.* 18. — 9. *Sièc. Louis XIV.* 31. — 10. *Conf.*, VI. — 11. *Or. fun.*, Louis de Bourbon.

CCLXXIX

Neque ou Nec. (Gr. 562.)

1. Acceptorum beneficiorum sunt delectus habendi, nec dubium quin maximo cuique plurimum debeatur. (*Cic.*[1]) — 2. Nihil profecto præstabilius quam plane intelligi nos ad justitiam esse natos, neque opinione, sed natura constitutum esse jus. (*Cic.*[2]) — 3. Virtus amicitiam gignit et continet, nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. (*Cic.*[3]) — 4. Patior, judices, et non moleste fero me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos. (*Cic.*[4]) — 5. Qui summum bonum suis commodis, non honestate metitur, hic, si sibi ipse consentiat, et non interdum naturæ bonitate vincatur, neque amititiam colere possit, nec justitiam, nec libertatem. (*Cic.*[5]) — 6. Cæsar prœlio non lacessit, et eo die tabernacula statui passus non est. (*Cæs.*[6])

CCLXXX

Neque .... Neque. (Gr. 563.)

1. Neque laborum perfunctio neque perpessio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitas, nec vigiliæ, nec ipsa, quæ laudatur industria, ne fortitudo quidem, sed ista sequimur, ut sine cura metuque vivamus. (*Cic.*[7]) — 2. Virtus neque eripi nec subripi potest; neque naufragio neque incendio amittitur; nec tempestatum nec temporum mutatione mutatur. (*Cic.*[8]) — 3. Socrates nec patronum quæsivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam. (*Cic.*[9]) — 4. Horæ cedunt et dies et menses et anni, nec præteritum tempus unquam revertitur, nec quid sequatur sciri potest. (*Cic.*[10]) — 5. Illud profecto perficiam, ut neque bonus quisquam intereat, paucorumque pœna vos omnes salvi esse possitis. (*Cic.*[11])

1. *Off.*, I, 15, 49. — 2. *Leg.*, I, 10, 28. — 3. *Amic.*, 6, 20. — 4. *Verr.*, Act. II, 1, 1, 2. — 5. *Off.*, I, 2, 5. — 6. *Civ.*, I, 81. — 7. *De Fin.*, I, 15, 49. — 8. *Par.*, VI, 3, 51. — 9. *Tusc.*, I, 29, 71. — 10. *Sen.*, 19, 69. — 11. *Cat.*, II, 13, 28.

CCLXXIX

Neque ou Nec. (Gr. 562.)

1. Là il fixe son séjour, Se trouvant au coucher, au lever, à ces heures Que l'on sait être les meilleures; Bref, se trouvant à tout, et n'arrivant à rien. (*La Font.*[1]) — 2. On ne suit pas toujours ses aïeux ni son frère : Le peu de soin, le temps, tout fait qu'on dégénère. (*La Font.*[2]) — 3. Les vents me sont moins qu'à vous redoutables; Je plie, et ne romps pas. (*La Font.*[3]) — 4. Il ne faut pas jeter du ridicule sur les opinions respectées; car on blesse par là leurs partisans, sans les confondre. (*Vauven.*[4]) — 5. L'intérêt d'une seule passion, souvent malheureuse, tient quelquefois toutes les autres en captivité; et la raison porte ses chaînes sans pouvoir les rompre. (*Vauven.*[5]) — 6. S'il était possible de donner sans perdre, il se trouverait encore des hommes inaccessibles. (*Vauven.*[6])

CCLXXX

Neque .... Neque. (Gr. 563.)

1. Ni l'or ni la grandeur ne nous rendent heureux. (*La Font.*[7]) — 2. Comme vous êtes roi, vous ne considérez Qui ni quoi : rois et dieux mettent, quoi qu'on leur die, Tout en même catégorie. (*La Font.*[8]) — 3. Un satyre et ses enfants allaient manger leur potage... Ils n'avaient tapis ni housse, mais tous fort bon appétit. (*La Font.*[9]) — 4. Un prince qui fait consister son bonheur et sa gloire à satisfaire ses passions n'est heureux ni en cette vie ni en l'autre. (*Fén.*[10]) — 5. C'était un amour dominant pour la patrie, qui, sortant des règles ordinaires des crimes et des vertus, n'écoutait que lui seul et ne voyait ni citoyen, ni ami, ni bienfaiteur, ni père. (*Montesq.*[11]) — 6. Le néant ne peut ni dormir, ni rêver, ni se tromper, ni ignorer, ni douter, ni dire : « Peut-être. » (*Fén.*[12])

1. *Fabl.*, VII, 12. — 2. *Fabl.*, VIII, 24. — 3. *Fabl.*, I, 22. — 4. *Réflex. et Max.*, 324. — 5. *Réflex. et Max.*, 495. — 6. *Réflex. et Max.*, 459. — 7. *Philém. et Baucis*, 1. — 8. *Fabl.*, V, 18. — 9. *Fabl.*, V, 7. — 10. *Dial. des Morts*, 28. — 11. *Gr. et Décad.*, 11. — 12. *Dial. des Morts*, 29.

CCLXXI

Aut ... Vel ... Ve ... Sive ... Seu. — Aut ... Aut. (Gr. 564, 565.)

1. Potestne igitur quisquam dicere, inter eum qui doleat et inter eum qui in voluptate sit, nihil interesse? aut, ita qui sentiet, non apertissime insaniat? (*Cic.*[1]) — 2. Quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur : aut eloquentiæ nomen relinquendum est. (*Cic.*[2]) — 3. Quando nobis, vel dicam aut oratoribus bonis aut poetis, postea quidem quam fuit quem imitarentur, ullus orationis vel copiosæ vel elegantis fuit? (*Cic.*[3]) — 4. Mors aut plane negligenda est, si omnino exstinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit, ubi sit futurus æternus. (*Cic.*[4]) — 5. Homines nobiles, seu recte seu perperam facere cœperunt, in utroque excellunt. (*Cic.*[5]) — 6. Honestum causæ genus putatur, cum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum videtur, aut id oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere. (*Cic.*[6]) — 7. Si volumus hujus rei, quæ vocatur eloquentia, sive is, sive studii, sive exercitationis cujusdam, sive facultatis ab natura profectæ considerare principium, reperiemus id ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus profectum. (*Cic.*[7]) — 8. Potest accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei qui promiserit. (*Cic.*[8]) — 9. Non mehercule unquam apud judices aut dolorem, aut misericordiam, aut invidiam, aut odium excitare dolendo volui. (*Cic.*[9]) — 10. In poetis non Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis vel etiam infra secundos. (*Cic.*[10]) — 11. Cretum leges sive Jupiter, sive Minos sanxit de Jovis quidem sententia. (*Cic.*[11]) — 12. Aut igitur non fato interiit exercitus : mutari enim fata non possunt; aut si fato; etiamsi obtemperassent auspiciis, idem eventurum fuisset. (*Cic.*[12])

1. *Ac.*, II, 7, 20. — 2. *De Orat.*, II, 2, 5. — 3. *Fin.*, I, 3, 10. — 4. *Sen.*, 19, 66. — 5. *Quinct.*, 8, 31. — 6. *Ad Her.*, I, 3, 5. — 7. *Inv.*, I, 1, 2. — 8. *Off.*, I, 10, 32. — 9. *De Orat.*, II, 45, 189. — 10. *Or.*, I, 4. — 11. *Tusc.*, II, 14, 34. — 12. *Div.*, II, 8. 21.

CCLXXXI

Aut ... Vel ... Ve ... Sive ... Seu. — Aut... Aut. (Gr. 564, 565.)

1. Quand reginglettes et réseaux Attraperont petits oiseaux, Ne volez plus de place en place, Demeurez au logis ou changez de climat. (*La Font.*[1]) — 2. Le biquet soupçonneux par la fente regarde : « Montrez-moi patte blanche, ou je n'ouvrirai point », S'écria-t-il d'abord. (*La Font.*[2]) — 3. Peignez-les-moi, dit l'aigle, ou bien me les montrez; Je n'y toucherai de ma vie. (*La Font.*[3]) — 4. N'êtes-vous pas souris? Parlez sans fiction. Oui, vous l'êtes; ou bien je ne suis pas belette. (*La Font.*[4]) — 5. *Bartholo* : Je soutiens moi, que c'est la conjonction copulative *et*, qui lie les membres corrélatifs de la phrase : je paierai la demoiselle, *et* je l'épouserai. — *Figaro*: Je soutiens, moi, que c'est la conjonction alternative *ou*, qui sépare les dits membres : je paierai la donzelle, *ou* je l'épouserai. (*Beaumarch.*[5]) — 6. Il y a des rechutes dans les maladies de l'âme comme dans celles du corps. Ce que nous prenons pour notre guérison n'est le plus souvent qu'un relâche ou un changement de mal. (*La Rochef.*[6]) — 7. Votre *Art poétique*, Horace, montre que vous aviez toute l'étendue des connaissances acquises, et toute la force de génie nécessaire pour exécuter les plus grands ouvrages, soit pour le poème épique, soit pour la tragédie. (*Fén.*[7]) — 8. Tous les amateurs de l'éloquence, soit Grecs, soit Latins, s'assemblaient chez d'habiles gens, tels par exemple qu'était Sénèque, et là ils prononçaient des discours sur les sujets dont on était convenu. (*Roll.*[8]) — 9. Soit cabale et conspiration contre Ménandre, soit mauvais goût des juges, Philémon ... lui fut presque toujours préféré. (*Roll.*[9]) — 10. Soit vivacité, soit hauteur, soit avarice, il n'y a point d'homme qui ne porte dans son caractère une occasion continuelle de faire des fautes; et, si elles sont sans conséquence, c'est à la fortune qu'il le doit. (*Vauven.*[10].)

1. *Fabl.*, I, 8. — 2. *Fabl.*, IV, 15. — 3. *Fabl.*, V, 18. — 4. *Fabl.*, II, 5. — 5. *Mar. de Fig.*, III, 15. — 6. *Maxim.*, 193. — 7. *Dial. des Morts*, 51. — 8. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 9. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2. — 10. *Réflex. et Max.*, 246.

CCLXXXII

Opposition. (Gr. 566.)

1. Illi Servilii, qui gemini fuerunt, non cognoscebantur foris, at domi ; non ab alienis, at a suis. (*Cic.*[1]) — 2. Paupertas si malum est, mendicus esse beatus nemo potest, quamvis sit sapiens. At Zeno eum non beatum modo, sed etiam divitem dicere ausus est. (*Cic.*[2]) — 3. Multa de dis prava sentiunt, omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur. (*Cic.*[3]) — 4. Gyges, cum palam ejus anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. (*Cic.*[4]) — 5. Est igitur, judices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum etiam ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. (*Cic.*[5]) — 6. Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse : at ejus picturam, non poesin videmus. (*Cic.*[6]) — 7. Etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atqui idem ego contendo, cum ad naturam eximiam... accesserit ratio quædam conformatioque naturæ, tum illud nescio quid præclarum... solere existere. (*Cic.*[7]) — 8. Alii, cuneo facto, ut celeriter perrumpant censent, quoniam tam propinqua sint castra, et, si pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt. (*Cæs.*[8]) — 9. Recte majores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. At vero T. Roscius non unum rei pecuniariæ socium fefellit, verum novem homines honestissimos induxit, decepit, destituit. (*Cic.*[9]) — 10. At enim sequor utilitatem. Manebit ergo amicitia tamdiu quamdiu sequetur utilitas. (*Cic.*[10]) — 11. Homerum Calophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero suum esse confirmant. (*Cic.*[11]) — 12. Sed tu orationes nobis veteres explicabis? — Vero. (*Cic.*[12])

1. *Ac.*, II. 18, 56. — 2. *Fin.*, V, 28, 84. — 3. *Tusc.*, I, 13, 30. — 4. *Off.*, III, 9, 38. — 5. *Mil.*, 4, 10. — 6. *Tusc.*, V, 39, 114. — 7. *Arch.*, 7, 15. — 8. *Gal.*, VI, 40, 2. — 9. *Rosc. Am.*, 40, 116.— 10. *Fin.*, II, 24, 78. — 11. *Arch.*, 8, 19. — 12. *Brut.*, 87, 300.

CCLXXII

Opposition. (Gr. 566.)

1. Donnons ordre au présent ; et, quant à l'avenir, Suivant l'occasion nous saurons y fournir. (*Corn.*[1]) — 2. L'intrépidité doit soutenir le cœur dans les conjurations, au lieu que la seule valeur lui fournit toute la fermeté qui lui est nécessaire dans les périls de la guerre. (*La Rochef.*[2]) — 3. Est-ce la mode Que baudet aille à l'aise, et meunier s'incommode? Ils usent leurs souliers, et conservent leur âne! (*La Font.*[3]) — 4. Lynx envers nos pareils, et taupes envers nous, Nous nous pardonnons tout, et rien aux autres hommes. (*La Font.*[4]) — 5. Et Rodelard passait chez la gent misérable, Non pour un chat, mais pour un diable. (*La Font.*[5]) — 6. Cette crainte maudite M'empêche de dormir sinon les yeux ouverts. Corrigez-vous, dira quelque sage cervelle. Eh! la peur se corrige-t-elle? (*La Font.*[6]) — 7. Ils ne mouraient pas tous, mais tous étaient frappés. (*La Font.*[7]) — 8. Quintilien consent que l'éloquence brille, mais de santé, s'il faut ainsi dire, et qu'elle ne doive sa beauté qu'à ses forces et à son embonpoint. (*Roll.*[8]) — 9. Cécilius et Pacuvius vécurent du temps d'Ennius, plus jeunes pourtant que lui. Le premier, natif, selon quelques-uns, de Milan, était un poète comique, et demeura d'abord avec Ennius. Pacuvius, neveu d'Ennius, était de Brunduse. (*Roll.*[9]) — 10. Les princes ont dans leur vie des périodes d'ambition ; après quoi d'autres passions, et l'oisiveté même, succèdent ; mais la république ayant des chefs qui changeaient tous les ans, et qui cherchaient à signaler leur magistrature pour en obtenir de nouvelles, il n'y avait pas un moment de perdu pour l'ambition. (*Montesq.*[10]) — 11. Rome était dans une guerre éternelle et toujours violente : or, une nation toujours en guerre, et par principe de gouvernement, devait nécessairement périr, ou venir à bout de toutes les autres. (*Montesq.*[11])

1. *Sert.*, II, 4. — 2. *Maxim.*, 1er supplém., 40. — 3. *Fabl.*, III, 1. — 4. *Fabl.*, I, 7. — 5. *Fabl.*, II, 2. — 6. *Fabl.*, II, 14. — 7. *Fabl.*, VII, 1. — 8. *Hist. anc.*, XXVI, 3. — 9. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2. — 10. *Gr. et Décad.*, 1. — 11. *Gr. et Décad.*, 1.

CCLXXXIII

Raison. (Gr. 567.)

1. Principii nulla est origo; nam e principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re nasci potest; nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. (*Cic.*[1]) — 2. Eadem constituendarum legum fuit causa, quæ regum. Jus enim est quæsitum æquabile. (*Cic.*[2]) — 3. Sequitur et jus et omne honestum sua sponte esse expetendum. Etenim omnes viri boni ipsam æquitatem et jus ipsum amant. Per se igitur jus est expetendum. (*Cic.*[3]) — 4. Rerum bonarum et malarum tria sunt genera; nam aut in animis aut in corporibus aut extra esse possunt. (*Cic.*[4]) — 5. Primus Isocrates intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quemdam oportere servare. Ante hunc enim verborum quasi structura et quædam ad numerum conclusio nulla erat. (*Cic.*[5]) — 6. Dicat Epicurus quamlibet voluptatem; nempe eam dicit, in qua nulla pars virtutis insit. (*Cic.*[6]) — 7. Nec dubito, quin habuerit vim magnam semper oratio; neque enim jam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus et Nestori, nisi jam tum esset honos eloquentiæ. (*Cic.*[7]) — 8. Tum fuit Lysias, egregie subtilis scriptor atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere. Nam plane quidem perfectum et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. (*Cic.*[8]) — 9. Hi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant. (*Sall.*[9]) — 10. Quid Achille Homerico fœdius, quid Agamemnone in jurgio? nam Ajacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. (*Cic.*[10]) — 11. Dicebat etiam L. Scipio non imperite, Cn. que Pompeius Sex. F. aliquem numerum obtinebat. Nam Sex. frater ejus præstantissimum ingenium contulerat ad summam juris civilis et ad perfectam geometriæ et rerum stoicarum scientiam. (*Cic.*[11])

1. *Tusc.*, I, 23, 54. — 2. *Off.*, II, 12, 41. — 3. *Leg.*, I, 18, 48. — 4. *Part.*, 11, 38. — 5. *Brut.*, 8, 32. — 6. *Tusc.*, III, 20, 49. — 7. *Brut.* 10, 39. — 8. *Brut.*, 9, 35. — 9. *Cat.*, 11, 7. — 10. *Tusc.*, IV, 23, 52. — 11. *Brut.*, 47, 175.

CCLXXXIII

Raison. (Gr. 567.)

1. Et notre vieux coq en soi-même Se mit à rire de sa peur; Car c'est double plaisir de tromper le trompeur. (*La Font.*[1]) — 2. Il ne se faut jamais moquer des misérables; Car qui peut s'assurer d'être toujours heureux? (*La Font.*[2]) — 3. C'est, dit-il, un cadavre; ôtons-nous, car il sent. (*La Font.*[3]) — 4. Comment l'aurais-je fait si je n'étais pas né, Reprit l'agneau : je tette encore ma mère. (*La Font.*[4]) — 5. Mais que t'a-t-il dit à l'oreille? Car il s'approchait de bien près, Te retournant avec sa serre. (*La Font.*[5]) — 6. Aurélien fit mourir Longin pour avoir écrit la lettre précédente; car, bien qu'elle fût écrite en langue syriaque, on le soupçonnait d'en être l'auteur. (*Boil.*[6]) — 7. La traduction (de Longin) de Pétra, qui est infiniment la meilleure, n'est pas fort achevée; car, outre que souvent il parle grec en latin, il y a plusieurs endroits où l'on peut dire qu'il n'a pas fort bien entendu son auteur. (*Boil.*[7]) — 8. Il nous en reste encore assez pour nous donner un véritable regret de la perte de ses autres ouvrages (de Longin). C'étaient tous ouvrages de critique. Et certainement on ne saurait assez plaindre la perte de ces excellents originaux. (*Boil.*[8]) — 9. Ah! madame, en effet L'oracle est accompli, le ciel est satisfait. (*Rac.*[9]) — 10. Mais non, c'est en vos mains que le destin la (Troie) livre; Je n'aspire en effet qu'à l'honneur de vous suivre. (*Rac.*[10]) — 11. Lucile avait coutume de dire qu'il ne souhaitait ni des lecteurs ignorants, ni des lecteurs trop savants. En effet, ces deux sortes de lecteurs sont quelquefois également redoutables. Les uns ne voient pas assez, et les autres voient trop. (*Roll.*[11]) — 12. Une autre suite du principe de la guerre continuelle fut que les Romains ne firent jamais la paix que vainqueurs : en effet, à quoi bon faire une paix honteuse avec un peuple pour en aller attaquer un autre? (*Montesq.*[12])

1. *Fabl.*, II, 15. — 2. *Fabl.*, V, 17. — 3. *Fabl.*, V, 20. — 4. *Fabl.*, I, 10. — 5. *Fabl.*, V, 20. — 6. *Longin*, Préface. — 7. *Longin*, Préface. — 8. *Longin*, Préface. — 9. *Théb.*, III, 3. — 10. *Iphig.*, I, 2. — 11. *Hist. anc.*, XXVII, 1, 2. — 12. *Gr. et Décad.*, I.

CCLXXXIV

Conséquence. (Gr. 568.)

1. Quod est bonum, omne laudabile est : quod autem laudabile est, omne est honestum : bonum igitur quod est, honestum est. (*Cic.*[1]) — 2. Si summo opere sapientia petenda est, summo opere stultitia vitanda est; summo autem opere sapientia petenda est : summo igitur opere stultitia vitanda est. (*Cic.*[2]) — 3. Qui quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. An ille tempus aut in poetis evolvendis consumeret? aut se in musicis, geometria, numeris, astris contereret? Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem relinqueret? Non ergo Epicurus ineruditus, sed hi indocti, qui, quæ pueros non didicisse turpe est, ea putant usque ad senectutem esse discenda. (*Cic.*[3]) — 4. Vestri quidem vel optime disputant, nihil opus esse eum, qui philosophus futurus sit, scire litteras. Itaque, ut majores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos. (*Cic.*[4]) — 5. Nihil fieri sine causa potest, nec quidquam fit, quod fieri non potest; nec si id factum est, quod potuit fieri, portentum debet videri : nulla igitur portenta sunt. (*Cic.*[5]) — 6. Phalereus successit, non tam armis institutus quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. (*Cic.*[6]) — 7. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur et Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur : Themistoclesque aliquot ante annis, cum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior. Ergo in Græcia musici floruerunt, discebantque id omnes, nec qui nesciebant, satis excultus doctrina putabatur. (*Cic.*[7]) — 8. Distringit librorum multitudo : itaque, cum legere non possis, quantum habueris, satis est habere, quantum legas. (*Sen.*[8])

1. *Fin.*, III, 8, 27. — 2. *Inv.*, I, 37, 66. — 3. *Fin.*, I, 21, 71. — 4. *Fin.*, II, 4, 12. — 5. *Div.*, II, 28, 61. — 6. *Brut.*, 9, 37. — 7. *Tusc.*, I, 2, 4. — 8. *Ep.*, 2, 3.

CCLXXXIV

Conséquence. (Gr. 568.)

1. Donc votre aïeul Pompée au ciel a résisté, Quand il a combattu pour notre liberté. (*Corn.*[1]) — 2. C'est pourquoi Jésus-Christ a souffert et est mort pour sanctifier la mort et les souffrances, et que, comme Dieu et comme homme, il a été tout ce qu'il y a de plus grand et tout ce qu'il y a de plus abject. (*Pasc.*[2]) — 3. L'homme connaît qu'il est misérable; il est donc misérable, puisqu'il l'est; mais il est bien grand, puisqu'il le connaît. (*Pasc.*[3]) — 4. Comment! Des animaux qui tremblent devant moi! Je suis donc un foudre de guerre! (*La Font.*[4]) — 5. Ni loups ni renards n'épiaient La douce et l'innocente proie : Les tourterelles se fuyaient; Plus d'amour, partant plus de joie. (*La Font.*[5]) — 6. Je me dévouerai donc, s'il le faut : mais je pense Qu'il est bon que chacun s'accuse ainsi que moi; Car on doit souhaiter, selon toute justice, Que le plus coupable périsse. (*La Font.*[6]) — 7. Casaubon l'appelle (le livre de Longin) un livre d'or, voulant marquer par là le poids de ce petit ouvrage.... Aussi jamais homme, de son temps même, n'a été plus estimé que Longin. (*Boil.*[7]) — 8. Aurélian, ennuyé de la longueur du siège, essaya de l'avoir par composition. Il écrivit donc une lettre à Zénobie, dans laquelle il lui offrait la vie... pourvu qu'elle se rendît dans un certain temps. (*Boil.*[8]) — 9. Les sentiments de Longin ont je ne sais quoi qui marque une âme fort élevée.... Je n'ai donc point de regret d'avoir employé quelques-unes de mes veilles à débrouiller un si excellent ouvrage. (*Boil.*[9]) — 10. Je pense, donc Dieu existe, car ce qui pense en moi, je ne le dois point à moi-même. (*La Bruy.*[10]) — 11. Celui-là seul avait le droit de demander le triomphe, sous les auspices duquel la guerre s'était faite : or, elle se faisait toujours sous les auspices du chef, et par conséquent de l'empereur, qui était le chef de toutes les armées. (*Montesq.*[11])

1. *Cinna*, II, 1, 565. — 2. *Lettre sur la mort de son père*. — 3. *Pensées*, VIII, 13. — 4. *Fabl.*, II, 14. — 5. *Fabl.*, VII, 1. — 6. *Fabl.*, VII, 1. — 7. *Longin*, Préface. — 8. *Longin*, Préface. — 9. *Longin*, Préface. — 10. *Caract.*, XVI. — 11. *Gr. et Décad.*, 15.

CCLXXXV

I

Ellipse.

1° *Ellipse du substantif et du pronom.* (Gr. 595.)

I. — 1. Agamus pingui, ut aiunt, Minerva. Qui ita se gerunt, ita vivunt. ut eorum probetur fides, integritas, æquitas, liberalitas, hos viros bonos appellandos putemus. (*Cic.*[1]) — 2. Quoniam non audes negare esse deos, quid est quod te impediat aut solem aut mundum aut mentem aliquam sempiternam in deorum natura ponere? Nunquam vidi, inquit, animam rationis consiliique participem in ulla alia nisi humana figura. (*Cic.*[2]) — 3. Quanquam in amicitia alii dicant æque caram esse sapienti rationem amici ac suam; alii autem sibi cuique cariorem suam, tamen hi quoque posteriores fatentur alienum esse a justitia detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat. (*Cic.*[3])

II. — 4. Si vir bonus Alexandrea Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia, et fame, summaque annonæ caritate, si idem sciat complures mercatores Alexandrea solvisse, dicturusne sit id Rhodiis? (*Cic.*[4]) — 5. Velim quam primum bona et certa tempestate conscendas ad meque venias. (*Cic.*[5]) — 6. C. Curio biduo et noctibus tribus navigatione consumptis, appellit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. (*Cæs.*[6]) — 7. Mettius ducit quam proxime ad hostem potest; inde legatum præmissum nuntiare Tullo jubet opus esse colloquio. (*Liv.*[7]) — 8. Tarquinius, hoc velut domestico exterritus visu, Delphos ad maxime inclutum in terris oraculum mittere statuit. (*Liv.*[8])

III. — 9. Vereor coram in os te laudare amplius, Ne id adsentandi magis quam quo habeam gratum facere existumes. (*Ter.*[9]) — 10. Neque contra rem publicam, neque contra jus jurandum ac fidem amici causa vir bonus faciet,

1. *Amic.*, V, 19. — 2. *Nat.*, I, 31, 87. — 3. *Fin.*, III, 21, 70. — 4. *Off.*, III, 12, 50. — 5. *Q. Fratr.*, II, 2, 4. — 6. *Civ.*, II, 23. — 7. I, 23, 5. — 8. I, 56, 5. — 9. *Ad.*, 269.

ne si judex quidem erit de ipso amico; ponit enim personam amici, cum induit judicis. (*Cic.*[1]) — 11. Cato dicere solebat ob hanc causam præstare nostræ civitatis statum ceteris civitatibus, quod in illis singuli fuissent fere, qui suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis suis, ut Cretum Minos, Lacedæmoniorum Lycurgus, Atheniensium tum Theseus, tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes; nostra autem res publica non unius esset ingenio, sed multorum constituta. (*Cic.*[2]) — 12. L. Flaccum, flaminem Martialem ego audivi cum diceret Cæciliam Metelli, cum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa. (*Cic.*[3]) — 13. Ex superiore ædium per fenestras, in novam viam versas (habitabat enim rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil alloquitur. (*Liv.*[4]) — 14. Ibi tum Hasdrubal Gisconis, maximus clarissimusque eo bello secundum Barcinos dux, ad quinquaginta millia peditum armavit. (*Liv.*[5]) — 15. Philippus, dejecto præsidio, fusisque Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, ipse uno die Phocidis Elatiam millia amplius sexaginta contulit. (*Liv.*[6]) — 16. Nos interim vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus, et nostro supplicio liberemus romana arma. (*Liv.*[7]) — 17. Verania Pisonis graviter jacebat; hujus dico Pisonis quem Galba adoptavit. (*Plin.-J.*[8]) — 18. M. Silano, L. Norbano consulibus, Germanicus Ægyptum proficiscitur, cognoscendæ antiquitatis. (*Tac.*[9]) — 19. Pulso Tarquinio, adversum patrum factiones multa populus paravit tuendæ libertatis et firmandæ concordiæ. (*Tac.*[10]) — 20. Regulus sponte ex senatus consulto accusationem subisse juvenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiæ videbatur. (*Tac.*[11])

